SAGGIO

DI

CODICE DIPLOMATICO

SAGGIO

DI

CODICE DIPLOMATICO

FORMATO SULLE ANTICHE SCRITTURE DELL' ARCHIVIO DI STATO DI NAPOLI

PER

CAMILLO MINIERI RICCIO

VOLUME SECONDO

PARTE PRIMA

Che principia dal 25 febbraio dell' anno 1286 e termina nel 1° luglio 1434.

NAPOLI 1879

F. FURCHHEIM

LIBRAIO-EDITORE.

Edizione di 125 esemplari numerati

N. 124

Qui sono 74 documenti che fanno seguito a quelli del volume precedente; e, messi cronologicamente, principiano da Carlo II di Angiò e terminano all' anno 1434, ventesimo del Regno di Giovanna II.

La seconda parte di questo secondo volume, che fra breve vedrà la luce, conterrà 23 documenti tutti non brevi; due però molto lunghi. Il primo è dell' 11 di marzo dell' anno 1446, ed il 23° del 5 ottobre del 1666. Sono tutti di grande interesse storico.

Finalmente terminerà l' opera un volume di APPENDICE *di 350 documenti, che cominciano dal giorno 9 luglio dell'anno 1094, e terminano nel 23 di ottobre dell' anno 1440.*

Napoli 13 Agosto 1879.

I.

Anno 1286. 25 Febbraio 14ª indizione — Salpi.

Roberto Conte d'Artois Balio del Regno ordina al Secreto di Puglia di pagare ai figliuoli di Manfredi Maletta già Conte Camerario, l'assegno fatto ad essi da Carlo Principe di Salerno.

Registro Angioino 1272. A. n. 13. fol. 153 t.

Scriptum est eidem Secreto (1) etc. oblata nuper magnitudini nostre (2) Frederici. Johannis Macziocti nec non Ysabelle Ylarie et Francisse. filiorum Manfridi Malette olim dicti comitis camerarii petitio continebat quod dominus Karolus Illustris princeps Salernitanus karissimus consobrinus noster pro vita substentacione et indumentis eorum in certa quantitate pecunie eis provideatur annuatim. de qua pro certo eam retroacto tempore eis non extitit satisfactum. super quo supplicaverunt humiliter. eis per nos misericorditer provideri. Quorum supplicacionibus annuentes quia nolumus eos indulta sibi per dictum principem provisione carere. districte vobis precipimus quatenus certificati per dominum Raulum de bullenis olim vicarium honoris Montis sancti Angeli. comitatus Alesine et terre Andrie per quem olim de predicta provisione pro quodam tempore sui officii. eis fuisse asserit satisfactum. vel alias unde melius veritas poterit indagari de tenore litterarum eiusdem domini principis. eis propterea indultarum iuxta ipsarum tenorem predictis filiis eiusdem Manfridi Malette vel certo pro eis nuncio vobis presentes litteras deferentes. necessariam quantitatem pecunie in licteris ipsis distinctam. pro vita et substentacione eorum a tempore quo eis per predictum dominum Raulum non extitit exinde satisfactum. de quo per ipsius domini Raulli licteras. vos volumus certos reddi et in antea officii vestri tempore de pecunia curie officiorum vestrorum que est vel erit per manus vestras sine defectu quolibet exhibere curetis mandato aliquo nostro vobis facto huic contrario non obstante apodixam de hiis que presencium auctoritate dederitis et solveritis pro vestri cautela ydoneam Recepturi. Datum aput Salpas die XXV° februarii XIIII° indictionis.

---

(1) Di Puglia.

(2) È Roberto conte d'Artois figliuolo del re di Francia e cugino di Carlo 2° di Angiò, che parla. Egli durante la vita di suo zio Carlo 1° d Angiò fu Vicario del Regno, e poi Balio del Regno stesso durante la prigionia di Carlo 2°.

II.

Anno 1286. 23 Marzo 14ª indizione — Foggia.

Editto col quale i Balì del Regno ordinano che tutti i baroni ed i feudatarî siano obbligati presentarsi ad essi per chiedere il permesso quante volte desiderassero allontanarsi dal reame.

Registro Angioino 1272. A. n. 13 fol. 45 e t.

Gerardus miseracione Divina etc. Et Robbertus Comes Attrabatensis etc. Tenore presentium notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod dum pridem essemus Neapoli videntes Regni provincias citra farum turbationibus quasi undique concuti et guerrarum Calamitos. discriminibus lacessiri suadente provida. Cautela consilii et Rerum quadam necessitate cogente. Comitum Baronum et Consiliariorum Regiorum heredum atque nostrorum examinato precedente consilio de Citandis Baronibus aliisque pheudatariis Regni prefati absentibus ab eodem in defensionem ipsius et dictum peremtorium misimus continentie subsequentis. singulis Justitiariis nostre gubernacioni subiectis per nostras apertas litteras mandantes expresse quod ipsius. edicti Tenorem ipsorum quisque in decreta sibi provincia ex more puplicari faceret ne aliquis umquam eius posset et ignorantiam allegare, Cuius edicti series de verbo ad verbum presentibus explicatur. Gerardus miseracione divina Sabinensis Episcopus apostolice sedis legatus et Robbertus comes Attrabatensis Baiuli Regni Sicilie etc. Naturalis iuris indicente censura digna provisione decernitur, ut comoditatum participes comunicationis incomodas non evitent ne qui proprie liberalitatis instinctu suo prospera quibus solus affluentius habundaret. dividere statuit. inter plures solus incomodorum sarcina. pregravatus. oneri subcumberet indiviso. et quia naturale antidonum beneficijs obligantur ingratitudinis vitio indigne suis largitoribus responderent ab huiusmodi autem consideratione. salubri non nulli penitus alieni plebei cordis vilissima intentione seducti sic ad comoda turpitudine inhiacionis expirent ut beneficia iudicent illa sola que absque proposito. retributionis assumunt de quorum numero quidam summe in hanc parte primatum turpitudinis obtinentes cum tam a dive memorie quondam domino Karolo Jerusalem et Sicilie Rege Illustri. quam ab inclito principe salernitano eius primogenito. in mensas Castrorum Terrarum Casalium. Villarum. pheudorum et aliorum locorum ex mera liberalitate donationes acceperint usurpationem gratie in frustratione spe regie concurrentes ac eosdem dominos. Regem et principem tam naturali quam civili etiam debite. defraudare credentes imminentibus in Regno Sicilie Bellorum seu guerre incomodis qui se dudum passim et indistincte largitionibus Regijs miscueruut. furtim a Regno ad partes exteras subrepentes et inde illicentiati penitus recedentes. se a bellorum laboribus quibus personas proprias sponte ac rationabiliter obligarunt trepidacione vilissima subtraxerunt. nullatenus advertentes quod dum in hoc decretum iuris offenditur fidei maculatur sinceritas et sacrarium leditur Regie Maiestatis. Contra hoc itaque Rex prefatus non minus iuste quam provide duxerit statuendum ut quicunque a Regno absque sui vel illorum quibus huius rei iure potestas conceditur et maxime tempore bellorum seu guerre discederet ex tunc ipso facto adeptus licentiam infra statutum ab eo tempus non esset in idem Regnum ingressus statim lapso eodem termino a dono quod ab eo extiterat assecutus omnino caderet et eo esset ipso iure privatus. cuius provisionis seriem nos qui supra Baiuli Regni Sicilie sequentes ut pote utilem ac etiam oportunam plena deliberatione prehabita cum quampluribus dicti quondam Regis consiliarijs atque familiaribus ordinamus atque statuimus ut quecunque pheuda vel Baronias a prefato bone

memorie quondam domino Rege vel domino principe consecuti de Regno sine licentia recesserunt maxime postquam prefatus dominus Rex obijt cum tunc idem Regnum esset maiori necessitate suppositum ex nunc vel ab eodem Rege vel principe vel nobis consecuti licentiam usque ad principium future proxime Quatragesime. ad Regnum non redierint et nostro vel alterius nostrum se conspectui presentaverint quem terminum eis peremptorium assignamus. ab ipsis Baronijs vel pheudis cum posteritate ipsorum ipso facto privati et penitus sint exclusi. Quare ne aliquis pretextu ignorancie. valeat quomodolibet excusari. Volumus et mandamus quatenus presens statutum per totam Jurisdictionem vestram sollempniter puplicare facientes fieri de puplicatione ipsius tria puplica consimilia instrumenta quorum unum vobis retineatis tempore vestri ratiocinij producendum. alterum Camere alterius nostrum et tertium Magistris Rationalibus magne Regie Curie destinetis. Datum Neapoli anno domini. M.° CC.° LXXXV.° die XXIIII° Junij XIII° indictionis. Elapso vero predicto termino cum dominus Guido de Morabar qui Castrum Ricce situm olim in Justitiariatu Capitinate. nunc terre laboris et Comitatus Molisij ex collatione clare memorie domini Karoli Regis Sicilie dicitur tenuisse. de prefato Regno trium annorum et ultra spatio absens extiterit nec infra predictum terminum vel post se nostre vel alterius nostrum conspectui presentarit. Dominus Bartholomeus de Capua Juris Civilis profexor dilectus consiliarius familiaris et devotus noster qui Castrum ipsum ex collatione nostra iuste tenet et possidet aput nos institit ut de huiusmodi pro cautela sua posterorumque suorum testimonium perhibere presentibus dignaremur. Cuius supplicationibus annuentes prefati nostri edicti tenorem de verbo ad verbum presenti pagina inseri fecimus. de ipsius domini Guidonis pretacta absentia atque mora. eadem scripture serie veridicum testimonium perhibentes. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presentes litteras sibi fieri exinde fecimus Sigillorum nostrorum pendentium appensione munitas. Datum fogie anno domini M° CC.° LXXXVJ.° die. XIIJ.° Marcij. XIIIJ° indictionis.

III.

Anno 1289. 1 Decembre 3ª indizione — Lione.

Carlo 2° di Angiò scrive al suo Siniscalco di Provenza, che non avendo potuto adempiere alle condizioni stabilite col re Alfonso di Aragona, egli ritorna al carcere di Catalogna, e perciò gli ordina di farsi prestare a suo nome il giuramento di omaggio e di fedeltà da' baroni, nobili, castellani, sindaci, procuratori, ed università della Provenza.

Registro Angioino 1274. B. n. 19. fol. 161.

Scriptum est eidem Senescallo (1) etc. Conventiones omnes et singulas promissas per nos viro magnifico Domino Alfonso filio q.m Petri olim Regis Aragonum de redeundo ad carcerem suum infra unius anni spatium a festo omnium Sanctorum anni secunde Indictiones proximo preterite in antea numerandum si infra eiusdem anni spatium non poteramus adimplere certa que sibi promisimus volentes tenaciter observare. nuper ultimo mensis octobris ac primo et secundo novembris presentis tertie indictionis inter

(1) Di Provenza.

collem de Panichariis et Sunchenari nos personaliter presentantes paratos obtulimus redire ad ipsius Domini Alfonsi Carcerem iuxta formam conventionum inter ipsum et nos. liberationis nostre tempore. habitorum pro eo quod infra id temporis spatium non poteramus certaque sibi promissimus adimplere et quia in conventionibus ipsis actum fuit specialiter et expresse quod per eumdem Dominum Alfonsum remaneret quominus nos ad suum carcerem redeuntem iuxta formam conventionum ipsarum predictum suum carcerem intraremus. tres liberi nostri. et omnes nobiles Provincie pro obsidibus sibi dati totaque terra nostra Provincie omnisque et tota pecunia tam penes eum deposita quam alia pro qua Illustris Dominus Rex Anglorum nostro nomine fideiuxit ab ipsius Domini Alfonsi posse essent liberi penitus et soluti nobisque cum qualibet deberent integritate restitui. contradictione qualibet non obstante. Tibi quidem meminimus mandavisse ut per Barones. Nobiles. Castellanos. Sindicos. Procuratores. et Universitates quaslibet terre nostre Provincie iuramentum fidelitatis vel assecurationis procuratoribus eiusdem Domini prestitis penitus ab iuratis. nove fidelitatis assecurationis et homagii iuramenta ab eisdem baronibus. nobilibus. castellanis. sindicis. procuratoribus et Universitatibus quarumlibet Terrarum Provincie nostro nomine deberes exigere et recipere procurares. ad quod licet studiosum te fuisse credamus ut enim sollicitudinem inculcata requisitio stimulet presentibus litteris inculcamus. Super recollectione vero foragiorum ad quam et sollicitiorem te fore confidimus. quo ingenter nobis incumbere presentis necessitatis articulum memoriam tuam nostre considerationis intuitus excitet descriptio pagine presentis accendat. Datum apud Londunum die primo Decembris IIJ[e] Indictionis (1).

---

(1) Questo diploma fu da me tratto dall' originale nel mese di aprile dell' anno 1853; ed ora volendolo novellamente riscontrare colla copia da me fattane, per correggerlo di qualche errore da me forse commesso, sono rimasto preso da dolore osservando strappato infamemente dal volume un quaderno di pergamena dal fol. 158 al fol. 168; e perciò non solo questo diploma, ma altri molti di grande interesse storico sono irreparabilmente perduti. O rimorso di avere trascurato di copiare, per la sua lunghezza, riserbandomene a miglior tempo la esecuzione, l' altro diploma, che ora volendo pubblicarlo in questo volume non l' ho trovato più. Quando nell' anno 1857 pubblicai la mia *Genealogia di Carlo 1º di Angiò*, ebbi cura di riassumerlo e darne il contenuto a p. 24; e perchè di tale interessante documento ne resti almeno memoria, ne riproduco qui il riassunto:

« Carlo II giunto a Narbona nel giorno 12 di novembre dell' anno 1290, scrisse al Siniscalco di Pro-« venza partecipandogli tutto l' avvenimento della sua andata e del suo ritorno da' Pirenei, e quindi gli ordinò « di sollecitamente convocare tutti i prelati, tutti i baroni, tutti i castellani, tutti i militi e tutti coloro « che egli avrebbe stimato necessarî, di tutte le città, di tutte le terre e di tutte le università di Provenza « e di Forcalquier, in presenza de' quali facesse rogare pubblico atto in nome di esso Carlo, con cui si ri-« vocassero e si annullassero tutti i giuramenti, tutte le obbligazioni, tutte le castellanie, promesse fatte ed « assegnate a richiesta de' procuratori di Alfonso re di Aragona in Provenza, giusta il trattato, quali cose « tutte poi esso Siniscalco tosto e senza ritardo facesse abiurare e rivocare. Ordinò in fine che di questo « istrumento se ne formasse copia autentica munita di tutti i suggelli de' menzionati prelati, baroni, ca-« stellani e militi e di tutti gli altri che interverrebbero nel detto atto, quale copia si consegnasse al sa-« grestano di Aix, Amelio Boucel. »

Questo diploma leggevasi dal fol. 160 al fol. 161, ed in esso erano trascritte le condizioni stabilite pel trattato della liberazione di re Carlo II dal carcere di Catalogna, delle quali le principali furono: 1° Che Carlo ottenesse una tregua di tre anni e quindi procurasse stabilire trattati di pace tra lui, il papa, il re di Francia ed il conte di Valois, da una parte, ed Alfonso e Giacomo fratelli re di Sicilia dall'altra. — 2° Che prima di uscire di prigione desse per ostaggi i tre suoi figliuoli cadetti Ludovico, Roberto e Giovanni, con i primogeniti di 60 baroni e principali signori delle città di Provenza a scelta di Alfonso, ed in mancanza de' loro figliuoli, i baroni personalmente o i loro più stretti parenti, de' quali 30 dovessero presentarsi prima della liberazione di re Carlo, e gli altri 3 mesi dopo — 3° Che Alfonso ricevesse 50 mila marche di argento, pari a due milioni e 600 mila franchi, delle quali 30 mila in contante prontamente e le altre da pagarsi con garantia del re d' Inghilterra — 4° Che alcuni castelli di Provenza fossero consegnati ad Alfonso — 5° Che quante volte re Carlo non adempisse pienamente ai patti stabiliti fra lo spazio di un anno, cioè dal

IV.

Anno 1290. 13 Febbraio 3ª indizione — Napoli.

Re Carlo 2° di Angiò dichiara i titoli necessarî a presentarsi da coloro che desiderano essere creati cavalieri.

Registro Angioino 1290. A. fol. 29 t. (1).

Scriptum est eidem Justitiario. ex parte Athenasii Cicinelli de Neapoli fidelis nostri nostro fuit Culmini suplicatum ut cum olim mandatum a nostra Celsitudine emanaverit quod nullus qui non esset de genere militum Cingulum Militare absque nostra speciali licentia auderet assumere. ac idem Athenasius qui in subventionibus ceteris et collectis cum militibus Neapolitanis contribuit et cuius Pater et antecessores contribuerunt semper similiter cum eisdem ex parte Matris de genere militari existat licentiam sibi assumendi militiam benigne concedere dignaremur. Nos igitur suis suplicationibus inclinati fidelitati tue precipimus quatenus si tibi constiterit predictum Athenasium ex parte Matris de genere existere militari ac ipsum ad presens contribuere nec non et Patrem et Antecessores suos contribuisse semper cum Neapolitanis militibus in subventionibus et collectis prout superius est expressum. totam super assumendo per ipsum predicto Cingulo militari constitutionam Regni nostri super his editam observes et facias observari. Datum Neapoli per Magistrum Rationalem XIII. Februarii IIJ.° Indictionis.

V.

Anno 1290. 12 Aprile 3ª indizione — Perpignano.

Carlo 2° di Angiò fa aspri rimproveri al Siniscalco di Provenza che fa mancare il necessario danaro a' suoi figliuoli ed a tutti que' nobili, che per lui sono ostaggi in Aragona.

Registro Angioino 1274. B. n 19. fol. 164 t. (2).

Scriptum est eidem (3) etc. Vix potuit presens littera tibi gratiam et bonam voluntatem in salutatione prescribere sic sunt graviter conturbata nostre mentis intima. intellecto quod quasi sex mensibus iam elapsis expense non sunt per te. liberis nostris

giorno di ognissanti di quell'anno 1288 per tutto il dì 31 di ottobre dell'anno 1289, dovrebbe ritornare nel carcere sito fra il colle Panizara e Jonquera — 6° Che promettesse Carlo con giuramento a nome de' governatori delle città di Provenza che se la pace non si effettuasse ed egli rifiutasse di ritornare prigioniero, quei governatori riconoscerebbero Alfonso per loro sovrano, e che la Provenza rimarrebbe per sempre devoluta ad Alfonso. Che i consoli delle città si obbligassero per le rispettive Università, ed i baroni nel proprio nome a prestare ubbidienza ad Alfonso, e che Carlo con atto pubblico li sciogliesse dal giuramento di fedeltà — 7° Che fra 10 mesi dal giorno in cui Carlo sarebbe messo in libertà, libererebbe il suo figliuolo primogenito dando in sua vece per ostaggio il quartogenito, ed in mancanza Alfonso diverrebbe padrone delle persone de' suoi tre figliuoli cadetti, salva la vita e le membra, e riterrebbe le 50 mila marche di argento.

(1) È questo uno de' Registri perduti, da cui fu estratta la copia che si legge alla p. 834 del vol. 3 de' *Notamenta ex Processibus S. R. Consilii*, ove citasi il fol. 46 del processo di Gio. Francesco de Ponte colla Piazza di Portanova nel S. R. C. in banca di Carlo Strina. Questi volumi MSS. fanno parte della mia privata biblioteca.

(2) Anche questo diploma copiai nell'Aprile del 1853, ed ora volendolo riscontrare non esiste più, perchè ora questo Registro manca de' fogli dal 158 al 168.

(3) Al Siniscalco di Provenza.

et aliis nobilibus qui detinentur in Aragonia ministrate. parum ne tibi videtur. quod pectus nostrum curarum quas confluentia negotia congerunt et varia multitudo circumscripsit. nisi nostros filios aliosque nobiles supradictos dilectos defectibus acteras et in eis nostra precordia gravi turbatione percellas. Quid defert in tali continentia constitutus negare necessaria vel necare. Cum igitur amaritudine sic et ira ter ferveat quod conceptum exprimere lingua vix sufficit. fidelitati tue sub pena quam talis culpa meretur firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus commissum in hac parte defectum quemlibet acceleratione prepropera supplens et redimens sic mediis omnibus procures. et facies quod de expensis omnibus liberorum et nobilium predictorum tam pro toto preterito tempore quam presenti per te sine diminutione qualibet satisfiat. officiales quoslibet de Provincia cuiuscunque pecunie debitores ad ipsius solutionem omni cohertionis genere compellendo pro certo securus quod omnis tibi defectus imponitur omnisque pena tuis humeris inculcatur propter quod sic sollers invigiles et studiosus insistas. quod turbatam mentem nostram letifices et in conspectu nostre celsitudinis excusabilem te presentes. Datum Perpiniani die XIJ Aprelis IIJ^e^ Indictionis.

VI.

Anno 1292. 11 Aprile. 5ª Indizione — Napoli.

Carlo Martello re di Ungaria scrive a Maestro Giovanni figliuolo del bano Errico autorizzandolo di perseguitare nelle persone e nelle robe l' invasore del regno di Ungaria ed i suoi fautori e seguaci.

Registro Angioino 1271. n. 12. fol. 20 dopo il fol. 223.

Scriptum est per eundem Dominum Regem Ungarie Nobili Viro Magistro Johanni filio Henrici Bani dilecto fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Ut Invasorem Regni nostri Ungarie fautores et Consentaneos suos, eo proprius et securius prosequaris quo liberius ab omni propter hoc cohactione Judicii te videris absolutum tibi et aliis de familia et Comitiva tua licentiam prosequendi offendendi ac dapnificandi invasorem predictum eius fautores et Consentaneos tam in bona quam personas eorum quamdiu ipsi in huiusmodi errore duraverint. Ita quod nullam penam ne etiam Judicii faciem propterea formidetis tenore presentium Impartimur. Concurrentes in premissis precipue cum Inclito Jerusalem et Sicilie Rege Carissimo Domino et Genitore nostro et Illustri Regnorum ipsorum Regina Domina et Genitrice nostra Carissima qui nobis super hiis speciales litteras concesserunt. Datum Neapoli Anno Domini M° CC° XCIJ° Die XJ° Aprilis V^e^ Indictionis.

VII.

Anno 1292. 18 Aprile. 5ª Indizione — Napoli.

Carlo Martello re di Ungaria e Principe di Salerno spedisce suoi procuratori in Ungaria per ricevere in suo nome il giuramento di omaggio e di fedeltà da quei popoli.

Ivi fol. 20 dopo il fol. 223.

Karolus Primogenitus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis Dei gratia Ungarie Dalmatie. Croatie. Gallicie. Rame. Servie. Lodomerie. Cumanie. Bulgarieque Rex Princeps Salernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli dominus Tenore presentium notum facimus Universis de fide prudentia et experta constantia Venerabilis in Christo Patris. Domini. J. (1) Dei gratia Ravellensis Episcopi Nec non Religiosi ac nobilium virorum fratris Hugonis de Monte Rotundo. Ordinis Sacre Domus Militie Templi. Domini Huguicionis de Neapoli Juris Civilis professoris. Guarini de Boys. Vallecti Consiliariorum familiarium et devotorum nostrorum statuimus et ordinavimus ipsos et quemlibet eorum insolidum. Ita quod non sit melior condicio occupantis nostros veros et legitimos procuratores et nuncios speciales ad eundum ad partes Regni nostri Ungarie. petendum, requirendum, et recipiendum, nomine et pro parte nostra homagia et Sacramenta fidelitatis ab hominibus dicti Regni nostri Ungarie fidelibns nostris cuiuscumque status. dignitatis aut conditionis existant cum per obitum clare memorie Domini Ladislay olim Regis Ungarie Carissimi Avunculi nostri Regnum ipsum ad Excellentem Principissam Dominam Mariam Jerusalem et Sicilie Reginam Illustrem Carissimam Genitricem nostram sororem ipsius tanquam ad proximiorem ratione Successionis et ad Nos ratione cessionis legitime per eam noviter in Nos debita sollepnitate servate, nuper sit rationabiliter devolutum. Nos enim homagia et Sacramenta fidelitatis ipsis vel eorum alteri nomine et pro parte nostra prestita ac si nobis presentialiter facta essent firmiter tenore presentium acceptamus. In cuius Rei testimonium presens procurationis et commissionis scriptum fieri et Sigillo nostro pendenti mandavimus communiri Actum et Datum Neapoli Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo secundo Die Octavodecimo Aprilis quinte Indictionis. Regni nostri anno primo.

VIII.

Anno 1292. 17 Luglio 5ª Indizione — Napoli.

Carlo Martello re di Ungaria risponde alle lettere del Conte Giorgio e del Conte Ilandino nobili ungaresi, che per lui combattono l' invasore di quel regno ed i suoi fautori e seguaci.

Ivi fol. 20 t.

Scriptum est per eundem Dominum Regem Ungarie. Nobilibus Viris Comiti Georgio et Comiti Ylandino fratribus dilectis fidelibus suis etc. Receptis placide vestre fidelitatis litteris noviter nobis missis, ex ipsarum relatu. cognovimus vos et vestros ferventer

(1) Johannes, cioè Giovanni Allegri arcidiacono della chiesa di Ravello eletto dal pontefice Niccolò IV il 28 ottobre 1291; fu consigliere di re Carlo II di Angiò, e si morì il 10 di novembre del 1332.

assumpsisse pro nobis negotium Regni nostri Ungarie. ac velle ferventius prosequi iam assumptum. Nos itaque sinceritatem vestram dignis laudibus prosequentes ortamur requirimus et mandamus. ut quod laudabiliter incepistis, continuantes laudabilius in futurum una cum Viro Nobili Paulo Bano Sclavonie fratre aliisque vestris viriliter curetis resistere conatibus prefati Regni Ungarie Invasoris et vos ad omnia que ad prosecutionem et votivam consumationem dicti negotii faciunt. ad honorem nostrum promptis animis exercere. ac tam in hiis quam in omnibus aliis que ad reprimendum conatus invasoris eiusdem et ad exaltationem nostram faciant, cum omni Cautela diligentia et sollicitudine. consilia et studia vestra vacent. Viro insuper provido et Religioso fratri Hugoni de Monte Rotundo speciali nuncio et familiari nostro, quem ad partes ipsas specialiter destinamus in omnibus que nostri honoris augmentum respiciunt et specialiter in missione et remissione nunciorum assistatis efficacibus consiliis favoribus et auxiliis oportunis. Ita quod proinde uberius mereamini nostram gratiam et favorem. Nos enim labores vestros vestreque fidei et servitiorum merita sic intendimus gratiose respicere. sicque exaltare dignis premiorum retributionibus. vos et vestros quod vos et ipsi sencietis plenarie pro nobis in premisso negotio utiliter laborasse missioni autem subsidii Galearum, ad partes ipsas cum retrocesserit idem invasor. sicut ex relatione nuncii vestri et aliorum nuper accepimus, supersedemus ad presens Intendentes favente Domino celeriter ad partes easdem Vicarium nostrum permittere cum decenti et honorabili Comitiva et deinde duce Deo personaliter Nos conferre ad finalem confusionem Invasoris eiusdem. suorumque sequacium et fautorum et prosperum. ac tranquillum statum prefati Regni Ungarie. ac exaltationem vestram vestrorum et aliorum omnium qui diligunt nomen nostrum huc et am tendunt Illustrium Regis et Regine Jerusalem et Sicilie parentum nostrorum studia. cogitationes et vota ut cum eorum et aliorum consanguineorum et amicorum suorum et nostrorum auxiliis premissam intentionem nostram prosequamur pro viribus et ad votum effectum auctore Domino. . . . . (1).

IX.

Anno 1294. 31 Gennaio 7ª indizione — Napoli.

Re Carlo II di Angiò ordina procedersi contro gli usurai.

Registro 1293. 1294. A. n. 63 fol. 39.

Scriptum est Archiepiscopo Aquensi ac Religiosis Viris Priori predicatorum et Guardiano minorum Archiepiscopatus ipsius nec non officialibus Curie Regie Archiepiscopatus eiusdem etc. Scripsimus Vobis pridem ut contra Usurarios manifestos quorum bona per officiales Curie nostre mandavimus abolim arrestari iuxta formam in Commissionis nostre litteris declaratam procedere deberetis, super quo volentes ut ex principio tam laudabilis operis quod deo suisque fidelibus gratum esse dinoscitur laudabilior exitus subsequatur Volumus Vobisque Archiepiscopo Priori et Guardiano precipimus quatenus Commissionem vestram huiusmodi in predictos Usurarios quorum bona fuerant arrestata, quam alios quorum arrestata non sunt Usurarios quidem puplicos christianos

(1) Questo diploma resta così incompleto, perchè manca il fine, che era scritto sul foglio seguente 21, ora distrutto.

sive oriundi sint de Comitatibus nostris Provincie et Forchalquerii sive aliunde prout Deum habendo pre oculis melius posse fieri videritis et iustitia suadebit exercere cum omni diligentia studeatis. Cognoscentes de restitutione pignorum obligatorum Usurariis ipsis si extant et si non extant de extimatione ipsorum sicut vobis melius visum erit et iustitia suadebit, Et ut in hoc per vos habilius et cōnsultius procedatur, terminum de cognoscendo super hiis usque ad festum resurrectionis dominice vobis datum usque ad festum omnium Sanctorum primo futurum Vobis tenore presentium prorogamus. nostre tamen intentionis non est quod exin constitutionis nostre nuper contra usurarios edite procedatis cum cognitione huiusmodi exin constitutionis ipsius officialibus et Judicibus ordinariis Curie nostre duximus relinquendam, Vobis insuper officialibus expresse iniungimus ut prefatis Archiepiscopo Priori et Guardiano vel eorum statutis super premissis oportunis favore et auxilio assistentes quicquid ipsi vel eorum statuti decreverint iuxta formam predictam et per vos fieri mandaverint exequamini diligenter. Datum Aquis anno domini M° etc. (1) Die ultimo Januarii VIJ^{e} Indictionis.

Similes facte sunt Archiepiscopo Ebredinensi, et aliis infrascriptis. Episcopo Foroiulensi. Archiepiscopo Arelatensi. Episcopo Senesensi. Episcopo Vipricensi. Episcopo Massilie. Episcopo Dignensi. Episcopo Regensi. Episcopo Sistaricensi. Episcopo Venaciensi. Episcopo Avinionensi. Episcopo Grassensi. Episcopo Niciensi. Episcopo Aquensi.

Ac prioribus Predicatorum et Guardianis Minorum et Officialibus Curie.

X.

Anno 1295. 29 Ottobre 9ª indizione — Bellegarde.

Arbitramento del pontefice Bonifacio VIII per la pace tra re Giacomo d'Aragona e re Carlo II d'Angiò.

Registro Ang. 1296. G. n. 87. fol. 5.

Karolus Secundus Dei gratia etc. Notum facimus Universis tenore presentium inspecturis tam presentibus quam futuris. quod pridem nobis Anagnie in Curia Romana presentibus habitus et firmatus est in presentia Sanctissimi in Christo Patris et Clementissimi Domini nostri Domini Bonifacii divina providentia pape. octavi certus pacis tractatus inter nos et Gilibertum de Croyliis. Guillelmum Durfertis. Petrum Costa et Guillelmum Galvanum legum doctorem. nunciós et procuratores incliti Principis domini Jacobi Illustris Regis Aragonum generi nostri carissimi similiter illic presentes. habentesque plenum posse ac generale mandatum. ab eodem Rege Aragonum de tractandis et firmandis cum Sacrosancta Romana Ecclesia et nobiscum. pace. àc aliis Capitulis Accessoriis, ad bonum pacis spectantibus, in quo tractatu venit inter cetera in conventum quod dictus dominus noster de utriusque partis assensu, deberet personaliter arbitrari de restitutione (2) insule Sicilie, omnium Castrorum Fortelliciarum, et omnium

(1) Così sta scritto nel diploma, avendo l'amanuense della regia cancelleria omesso di scrivere le rimanenti cifre degli anni, CCLXXXXIIIJ, cifra per altro che si rileva dalla notata indizione.

(2) Nel fol. 5 è scritto il presente diploma, il quale è ripetuto al fol. 5 t. ma con le varianti messe in questo luogo che sono: *totius terre fortellitiarum et Castrorum que dictus Rex Aragonum. Valitores sui Adiutores Complices Satellites seu Ministri tenent in tota Calabria. Vallegratis. Terra Jordana. Principatu. Basilicata omniumque Insularum que sunt citra farum. Videlicet Insula Capri. Procide omniumque aliarum terrarum et Insularum quas idem Rex Aragonum. Valitores seu Adiutores Complices Satellites seu Ministri*

Insularum ei adiacentium, ubicunque sint sicut clare memorie Dominus Pater noster Jerusalem et Sicilie Rex illustris tenebat ante rebellionem eiusdem Insule facienda dicte Romane Ecclesie per prefatum Regem Aragonum nostro in eis, in omnibus et per omnia iure salvo, necnon de tempore et modo restitutionis ipsius, ac iuvamine faciendo ipsi Ecclesie per eundem Regem Aragonum, si dicta Insula Sicilie esset eidem Ecclesie inobediens vel rebellis. Super quibus prefatus dominus Summus Pontifex arbitrando et Laudando decrevit, in modum quem littere sue quarum forma subsequitur indicant et declarant. que quidem forma hec est. Bonifacius Episcopus servus servorum Dei Jacobo nato quondam Petri olim Regis Aragonum spiritum consilii sanioris. In tractatu pacis habito et firmato in nostra presentia inter carissimum in Christo filium nostrum, Carolum Sicilie Regem Illustrem, et Gilibertum de Croyliis, Guillelmum Durfertis, Petrum Costa, Guillelmum Galvanicum, nuncios et procuratores tuos, ad hoc per te legitime constitutos, continetur expresse, quod de restitutione (1) Insule Sicilie omnium Castrorum. Fortellitiarum et Insularum ei adiacentium ubicunque sint sicut clare memorie Carolus Rex Sicilie ante rebellionem Insule memorate tenebat facienda per te nobis et Romane Ecclesie, necnon de tempore et modo restitutionis ipsorum, ac iuvamine faciendo per te ipsi Ecclesie, si dicta Insula Sicilia esset inobediens vel rebellis eidem Ecclesie, nos personaliter arbitremur. Advertentes itaque in hac parte quod tibi super hoc sit bono modo possibile quod habet inspicere boni Viri iudicium, arbitrando et laudando decrevimus quod restitutio Insule prefate Sicilie aliorumque premissorum sicut predicitur, per te fiat eidem Ecclesie per modum qui sequitur, immediate postquam inter successiva ac mutua vestimenta, et complementa tractatus pacis eiusdem, matrimonium inter te et dilectam in Christo filiam, nobilem Mulierem. Blancam natam Regis eiusdem, pure per verba de presenti firmatum, et Vigintiquinque Milia Marcharum argenti pro dote conventa, pro ipsa tibi numerata fuerint, ac tu et tota terra tua a sententiis excomunicationis suspensionis et interdicti Latis per apostolicam Sedem vel Legatum eius, aut quemcunque alium, ratione guerre Sicilie absoluti fueritis, et cum irregularibus eiusdem terre, occasione guerre prescripte fuerit dispensatum Necnon et priusquam facta per te pretacta restitutione verbali, et factis litteris ac preparatis nunciis, ad infrascripta complenda, privilegia concessa tibi per nos de assensu et consilio fratrum nostrorum, super restitutione, redditione, et concessione, Regnorum Aragonie, Valentie et Comitatus Barchinone tibi fuerint assignata, Modus autem pretacte restitutionis hic erit, quod tu pure ac bona fide relinquens ac deserens nobis et Romane Ecclesie, predictas Insulam Sicilie, et alias ei adiacentes cum omnibus pertinensiis suis per monitiones et oportuna mandata revocabis de tota predicta Insula Sicilie, aliis Insulis ei adiacentibus, et quibuslibet Castris, seu locis earumdem Insularum, omnes gentes, Officiales, Adiutores, et valitores tuos, tuo Imperio vel potestati subiectos, eisque ac omnibus et singulis Civibus, vel habitatoribus prefate Insule Sicilie, et aliarum Insularum ac locorum ei adiacentium, mandabis expresse, quod nobis et Eidem Ecclesie Reverenter pareant et intendant. nec de predictis Insulis et locis in-

---

tenent citra farum sive habitate fuerint sive non nobis per eundem Regem Aragonum facienda. nec non de tempore et modo restitutionis ipsius super quibus omnibus prefatus dominus Summus Pontifex arbitrando et laudando decrevit in modum quem littere sue quarum forma subsequitur iudicant et declarant que quidem forma hec est. Bonifacius. . . . . .

(1) Queste sono le altre varianti allo stesso presente diploma che in questo luogo si leggono: *Fortellitiarum et Castrorum que tu Valitores tui Adiutores Complices. Satellites seu Ministri tenetis in tota Calabria. Vallegratis Terra Jordana. Principatu, Basilicata omniumque Insularum que sunt citra farum videlicet Insule Capri. Procide omniumque aliarum terrarum et Insularum quas tu Valitores tui Adiutores Complices Satellites seu Ministri citra farum tenetis sive habitate fuerint sive non facienda per te dicto Regi Sicilie nec non de tempore et modo restitutionis ipsius nos personaliter arbitramur.*

tromittes te publice vel occulte, ordinando inibi Officiales, nec faciendo aliquid per quod tuo facto, eis detur favor, consilium, vel iuvamen. Nec vocabis te in tuis litteris vel verbo etiam Regem Sicilie, nec aliqua insignia regalia pertinentia ad Honorem Regni Sicilie tu portabis. Quod si forte post monitiones et mandata tua huiusmodi. que iterabuntur quotiens fuerit oportunum, predicti gentes, officiales, Adiutores et Valitores tui tuo imperio vel potestati subiecti, tuis nollent obedire mandatis, per penas multas et banna cohercendo, detinendo puniendo, ac per quequnque alia iuris scripti vel non scripti remedia, contra ipsos procedes et procedi facies sine guerra tamen facienda per te in quantum plus poteris, tue terre consuetudine non offensa. Ubicunque autem in predictis de te fit mentio sive tibi sit facienda ab alio sive per te alii, licet ius satis hoc exprimat, ad maiorem tamen cautelam in personis heredum ex utraque parte hoc Sentimus et Intelligimus esse dictum. Datum. Anagnie. V. nonas Julii. Pontificatus nostri Anno Primo. Nos itaque prefatus Rex Sicilie, Arbitratum et Laudationem prescriptos, gratos habentes et ratos. acceptamus approbamus et omologamus eosdem. In cuius Rei testimonium presentes litteras fieri, et pendenti Sigillo Magestatis nostre iussimus communiri. Datum apud Bellam Guardiam per Bartholomeum de Capua Militem Regni Sicilie Prothonotarium, et magne nostre Curie Magistrum Rationalem, Anno Domini. M°. CC.° XC.° quinto. Die. Penultimo Octobris. None Indictionis. Regnorum nostrorum anno Undecimo.

XI.

Anno 1295. 29 Ottobre 9ª Indizione — Bellegarde

Gli ostaggi che re Carlo II di Angiò dà al re Giacomo di Aragona sono assicurati da lui di essere liberati dopo tre mesi, e ricevono l' assegno per le spese de' rispettivi cavalli.

Ivi fol. 6 t.

Karolus secundus etc. Tenore presentium, Notum facimus Universis. quod cum pro aliquo negotio dependente ex tractatu pacis, dudum inter nos, et Nuntios Principis Incliti Domini Jacobi Regis Aragonum, coram domino nostro Summo Pontifice habito et nunc inter nos et eundem. Regem firmato adinvicem, subscriptos fideles nostros, Aput ipsum Regem Aragonum pro obsidibus duxerimus aliquamdiu dimittendos, eis bona fide, in Verbo Regie Maiestatis promittimus, nos curaturos et facturos, quod infra tres Menses, a die quo ingressi fuerint, huiusmodi obsidatum in antea numerandos. quietabuntur, Absolventur, et liberabuntur ab illo quodque nulla dampna vel incomoda, propterea substinebunt, et redeundi ad propria habebunt liberam facultatem, quibus etiam donec in obsidatu ipso erunt, subscriptas expensas, per diem, pro subscripto equorum numero stabilimus eis de pecunia Curie nostre, quamdiu inibi fuerint, exhibendas, Videlicet Raymundo de Baucio militi, domino de Berris, pro Equis duodecim, parvorum turonensium Solidos Triginta, Helysie de Ansuis, pro Equis decem, Solidos Vigintiquinque, Ysnardo Doliers militi, pro Equis octo, Solidos Viginti, Petro de Insula militi, pro Equis sex, Solidos Quindecim, Raymundo Goffrido pro equis sex solidos quindecim, Guerardo de Symiana pro equis sex, solidos quindecim, Philippo de Lavena militi pro Equis sex Solidos quindecim, Manueli de Verdere pro Equis sex, Solidos

quindecim, Johanni de Cornileone militi pro Equis quatuor, Solidos decem, et Guillelmo de Soleriis militi pro Equis quatuor Solidos decem. In cuius rei testimonium et Cautelam, presentes litteras nostras exinde fieri, et pendenti Sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum aput Castrum Belle guardie per Magistros Rationales Magne Curie nostre. Die XXVIIIJ° Octobris VIIIJ° Indictionis.

XII.

Anno 1300. 1 Luglio 13a Indizione — Napoli.

Re Carlo II di Angiò crea suo Vicario del Regno di Gerusalemme il milite Melloro de Ravendel.

Registro Angioino 1299. B. n. 97. fol. 313.

Scriptum est Nobili Viro Mellori de Ravendel militi domino Maracclee dilecto et devoto nostro. Clare tue probitatis et industrie testimonia nobis fiduciam exibent ut te secure ad nostra servitia deputemus spe certa tenentes quod strenue probe ac fideliter operabimini in eisdem, ac igitur consideratione ducti recuperata iam virtute altissimi de Sarracenorum adversancium et impugnancium cultum vere fidei christiane manibus Terra Sancta te Vicarium nostrum in Regno nostro Jerosolimitano in quo sicut Notorium est et nullum fere angulum orbis latet pleñum immo plenissimum Jus habemus duximus usque ad Maiestatis nostre beneplacitum fiducialiter statuendum, quolibet alio abinde revocato. Quare devotionem tuam requirimus et orptamur attente nichilominus iniungentes ut officium Vicariatus eiusdem in Regno nostro predicto illis modo et forma quibus officium ipsum per Clare memorie Jerusalem et Sicilie Regem Inclitum Dominum Patrem nostrum vel nos commissum extitit precessoribus tuis in officio supradicto ad honorem et fidelitatem nostram sic diligenter et fideliter studeas exercere quod proinde operum effectus in conspectu nostri culminis dignis laudum titulis te attollat. Nos autem ut ipsum favorabilius geras officium nonnullos partium ipsarum Principes et Magnates per alias litteras nostras requirimus et ortamur ut tibi in recuperatione et manutentione dicti Regni assistant auxiliis consiliis et favoribus oportuuis Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua militem etc. Die primo Julii XIIJ° Indictionis.

XIII.

Anno 1301. 25 Marzo 14a Indizione — Napoli.

Tommaso e Francesco di Procida fratelli, figliuoli del celebre Giovanni di Procida procreati con le sue due legittime mogli, sono costretti ricorrere a re Carlo II di Angiò per contestare in giudizio essere figliuoli legittimi.

Registro Angioino 1300. 1301. A. n. 106. fol. 135.

Scriptum est Magistris Justitiariis. Justitiariis. Secretis. et Judicibus aliis ordinariis aut delegatis seu delegandis autoritate nostra vel cuiuscumque alterius in Regno Sicilie presentibus et futuris fidelibus suis etc. Subditorum nostrorum compendia paternis affectibus ex more prosequimur ut eorum profectus augeatur ex gratia et vitetur di-

spendium ex provisione principalis remedii oportuna. Sane Thomasii de Procida Magistri Hostiarij et Francisci fratris ipsius militum nostrorum fidelium oblata culmini nostro petitio continebat. quod in causis aut litibus que moventur ab eis ex persona quondam Johannis de Procida militis patris eorum frequenter opponitur exceptionis obiectus, per quem habent necesse probare filios se fore legitimos predicti Johannis, et eundem Johannem cum eorundem exponentium matribus diversis temporibus prout dedit eventus sollempnitate debita sacerdotali benedictione premissa matrimonium sollempniter ac publice celebrasse. Quo fit quod cum idem Johannes per longissimi temporis spatium exulaverit extra Regnum et dicti fratres cum ipso pariter Instromentorum suorum et aliorum bonorum mobilium maxime ammissiones et dampna substinuerint numerosa dicta probatio ipsis difficilis redditur et in prosecutione iuris ipsorum grave per consequens preiudicium gravatur. propter quod supplicantes devotius subveniri circa defectum huiusmodi per nostre provisionis remedium petierunt. Quia igitur ubi petitionis causa iusta subsistit quamvis petendi modus ante non competat equum fore dignoscitur Judicis officio subveniri nec sit a subiectis revocandum in dubium quod per approbationem Principis iam decernitur approbatum. fidelitati vestre presentium tenore iubemus quatenus cum predicto Johanne vivente, et ad cultum nostre fidei redeunte multas sibi fecimus gratias, quas in personis eorumdem exponentium tamquam filiorum legitimorum ipsius et successorum habilium propagandas duximus et prout expediens extitit renovandas eosque pro veris et legitimis filiis et capacibus successoribus ad hoc et alios actus legitimos reputamus. Vos similiter ipsos agentes vel defendentes per se aut procuratores ydoneos in predictis causis seu litibus exceptione non obstante prescripta sicut legitimos filios et heredes capaces sine ulterioris probatione sollempnitatis iamdicte in vestris tribunalibus admittatis maxime cum de Instrumentorum ammissione pretacta causa legitima proponatur et patula et suadeat provida rationis inspectio. ut ad investigandam veritatis fidem atque substantiam nostre potestatis auctoritas oportunum prosequentibus presidium largiatur. Presentes autem litteras post competentem inspectionem earum restitui volumus presentanti vigorem in antea similem obtenturas. Datum Neapoli per B. de Capua militem etc. die XXV.° Martii XIIIJ° Indictionis.

XIV.

Anno 1308. 11 Febbraio 6ª Indizione — Napoli.

Re Carlo II ordina al Maestro Giustiziero del Regno di far restituire a Niccola de Aquilono i feudi che re Carlo I di Angiò avea donati a Sinibaldo de Aquilono suo padre, in premio di avere combattuto nella battaglia contro Corradino e di avere inseguito, catturato e consegnato allo stesso re Carlo I, D. Errico di Castiglia.

Registro 1307. B. n. 168. fol. 241 e t.

Scriptum est viro Nobili domino Ermengano de Sabrano. Ariani Comiti Regni Sicilie Magistro Justitiario dilecto Consanguineo Consiliario et familiari paterno ac Judicibus Magne Regie Curie devotis suis etc. Veniens ad nostram presentiam Nicolaus filius quondam domini Synibaldi de Aquilono fidelis paternus devotus noster sua nobis expositione monstravit quod felicis recordationis dominus Karolus Jerusalem et Sicilie

Rex Illustris dominus Avus noster attendens devota et accepta servitia que dictus quondam dominus Synibaldus pater exponentis eiusdem in Conflictu quondam Corradini Regni Sicilie Invasoris eidem domino Avo nostro prestiterat et prestare poterat in futurum. considerans etiam quod Idem dominus Synibaldus. pater suus. in eodem conflictu persecutus est hostes Ecclesie et de persona cepit Dopnum Henricum de Ispania. fugientem et eum assignavit ipsi domino Avo nostro prefato domino Synibaldo pro se ac eius heredibus in perpetuum Castra Corbarii et Staffili sita in Justitiariatu Aprutii ultra flumen Piscarie cum hominibus Vassallis Juribus et pertinentiis suis omnibus et certa Bona stabilia sita in Aquila et eius pertinentiis gratiose concessit in feudum et ea dictus Synibaldus extitit assecutus. illaque dicti pater et filius ex causa premissa certi temporis spatio tenuerunt post hec eodem domino Avo nostro sicut Domino placuit vita functo et prefato domino Synibaldo Genitore ipsius Nicolai similiter Rebus humanis abducto. Inclitus Rex Jerusalem et Sicilie dominus pater noster. eidem Exponenti quedam bona feudalia sita in pertinentiis dicte Civitatis Aquile in feudum gratiose concessit et illa ex ea causa tenuit et possedit. Subscripti vero nobiles de partibus illis a predicto tempore obitus dicti domini Avi nostri armis muniti prohibitis puplice moventes. Guerram in Regno eundem Nicolaum Exponentem tunc infantili etate superstitem possessione dictorum Castrorum et bonorum feudalium destituerunt auctoritate propria violenter et ea detinent occupata et sibi restituere contradicunt in eius preiudicium et gravamen. Super quo provisionis nostre Remedio suppliciter implorato. de nostra Vicariatus auctoritate qua fungimur. precipiendo mandamus. quatenus vocatis possessoribus dictorum Castrorum et Bonorum et aliis qui fuerint evocandi adhibitis quoque vobis procuratoribus et advocatis fisci qui circa hoc Juria Curie si et prout. Curia ipsa tangitur. tueantur. faciatis eidem Exponenti super restitutione dictorum Castrorum et bonorum celeris et expedite Justitie complementum facturi quod inde vobis decreveritis executioni debite demandari. Ita quod sibi querele. materia non supersit et ulterius inde vobis scribere non cogamur. Illo vel illis ex vobis Judicibus qui presentes fuerint executioni presentium vacaturis ac prosecuturis et decisuris quod unus vel plures utrum inceperint aliorum absentia non obstante nomina vero dictorum nobilium hec esse dicuntur videlicet. Gentilis de Amiterno et fratres Castrum ipsum Corbarij Nicolaus et Franciscus et Marerio fratres filij quondam Francisci de Marerio prefatum Castrum de Stafilis. domina Constantia Uxor Grassarici de Alabro. et quondam dominus Gentilis de Sangro petias terre novem sitas in pertinentiis Aquile premisso modo ceperunt et detinent occupata. Datum Neapoli per dominum Bartholomeum de Capua etc. Anno Domini M° CCCVIIJ° die XJ° februarij VJ° Indictionis.

XV.

Anno 1315. 1 Ottobre 14ª Indizione — Napoli.

Re Roberto concede il privilegio della fiera alla chiesa di S. Maria di Capua nel casale di S. Erasmo, in cui egli fu battezzato.

Registro 1315. B. n. 205. fol. 176.

Robertus etc. Universis presentes licteras inspecturis, tam presentibus, quam futuris, facit grata persone conditio, ut non solum sibi primum meritum vendicet, set aliis sue considerationis obtentu, favorabiles gratias, cum largitionis placide concessione procuret, Sane grandia, et accepta servitia, Venerabilis patris Ingerranni Capuani Archiepiscopi,

domestici consiliarii, familiaris et fidelis nostri, nobis solerter exhibita, et que per eum indefesse sollicitudinis studio iugiter exhibentur, gratis affectibus actendentes, Interventu sue petitionis supplicis noviter nobis facte, ac eius intuitu, de certa nostra scientia, liberalitate mera, et gratia speciali, presentium tenore concedimus, quod circa Ecclesiam Sancte Marie de Capua, sitam in Casali Sancti Herasmi prope ipsam Civitatem Capue, in qua renati fuimus fonte Sacri Battismatis, annis singulis de mense Septembris, in festo nativitatis Beate Marie Virginis, generales nundine rerum venalium in quibns omnes volentes conveniant, ad vendendum pariter et emendum, libere siquidem et exempte ab exactione qualibet datiorum, juris dohane, plateatici, et dirictus alterius, aliorumque fiscalium, ac privatorum munerum celebrentur quinque dierum spatio durature. Sic equidem, quod earum exemptio, et libertas hujusmodi sive immunitas ab hora qua idem Archiepiscopus futurus in Ecclesia prefata, tunc presens, vel in ejus absentia, suus pro ipso in hac parte Vicarius, qui Episcopali dignitate polleat auctoritate et vice ipsius convenienti in eisdem nundinis populo pontificalem benedictionem impenderit, et non antea incoetur. Non obstante quod in predicta Civitate Capue iam dudum bine alie generales nundine concesse rerum venalium anno quolibet, de mense augusti videlicet circa principium, et de mense maii, circa finem durantes certo dierum numero exempte, ac libere celebrentur. quas utique in suo statu volumus perdurare, presenti gratia quam ut prefertur contemplatione persone dicti Archiepiscopi facimus ad eius vitam tantummodo valituram. In cuius rei testimonium has litteras nostras exinde fieri, et pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per manus nicolai de Joha Juris Civilis professoris locumtenentis prothonotarii Regni Sicilie anno domini M.° CCCXV.° die primo Octobris XIIIJ° Indictionis Regnorum nostrorum anno VIJ°.

XVI.

Anno 1316. 20 Settembre 15ª Indizione — Napoli.

Re Roberto vuol comprare la corona e le gioie dell' Imperadore Errico il Bavaro.

Registro 1317. 1318. A. n. 214. fol. 10 t.

Robertus etc. notum facimus per presentes quod nos de legalitate Lelli Lavazani de Urbe familiaris Inclite Principisse Domine Marie Jerusalem Sicilie, Hungarieque Regine Reverende matris nostre plenarie confidentes, commisimus ei, quod ad urbem se personaliter conferat, et Requirat habentes coronam que fuit quondam Henrici se Romanorum Regem dicentis aliaque Jocalia ut ad nostram presentiam cum corona et Jocalibus ipsis veniant, ostensuri nobis ea intendentibus coronam et Jocalia ipsa emere, pretiis quibus cum predictis habentibus poterimus convenire. Et si forte cum dictis habentibus de pretiis ipsis nequibimus concordare, presentium tenore promittimus, quod mandabimus et faciemus eos recedere transire et exire, de Regno nostro ac coronam et Jocalia predicta libere et absque Jure plateatici passagii vel dirictus alterius cuiuscumque, quodque pro expensis quas facerent extra dictum Regnum nostrum faciemus decem uncias auri de Camere nostre pecunia ipsis solvi. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillo nostro munitas memorato Lello duximus concedendas. Datum Neapoli Anno domini. M.° CCCXVJ.° Die XX.° Septembris. XV° Indictionis. Regnorum nostrorum anno VIIJ°.

XVII.

Anno 1332. 26 Aprile. 15ª Indizione — Napoli.

Re Roberto assegna una pensione annua vitalizia di 12 once al pittore Maestro Giotto del defunto Bandone di Firenze, suo familiare.

Registro 1331. 1332. A. n. 286. fol. 74.

Robertus etc. Tenore presentium notum facimus Universis. Quod nos Attendentes grata delectabilia et accepta servicia que magister Jottus quondam Bandoni de Florentia pictor familiaris et fidelis noster maiestati nostre prestitit hactenus prestat nunc et speramus in antea prestiturum sibi de annua provisione unciarum duodecim in vita sua percipiendam per eum Successivis Vicibus in nostra Camera de quacunque fiscali pecunia per manus Thesaurariorum nostrorum secundum quod est consuetum in talibus de liberalitate mera gratiose duximus providendum. In cuius Rei testimonium presentes litteras exinde fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum neapoli per Johannem Grillum de Salerno etc. anno domini M°CCCXXXIJ.° die XXVJ° Aprilis XV° indictionis. Regnorum nostrorum anno XXIIJ°.

XVIII.

Anno 1337. 30 Luglio. 5ª Indizione — Castellammare di Stabia.

Re Roberto proibisce che le donne siano chiamate per causa di testimonianza ne' tribunali, ed ordina che quando ve ne fosse assoluta necessità, siano esaminate nelle proprie case, ovvero in qualche chiesa vicina alla propria abitazione.

Registro Robertus 1332. n. 289. fol. 254 t.

Robertus etc. Universis presentis Indulti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Veneranda legis auctoritas fragilitati feminee deferens et modeste prospiciens reverentie matronali provida sanctione constituit ne quis Judicum matremfamilias que vivit honeste, aut auctoritas Curie in puplicum protrahat vel in Judicii strepitum contra matronalis pudoris modestiam presumptuose producat. Dum enim cautius cetus hominum fugitur pudicitie macula prudentius evitatur hiis itaque provise pensatis et mentis sincere devotionis fideique probate quibus Cives et homines Universitatis Neapolis fideles nostri dilecti erga Clare memorie progenitores nostros et nos continuatis actibus laudabiliter claruerunt diligenter attentis, propter que siquidem ad ea que grata fuit eorum affectibus benivola mente delectabiliter inclinantur mulieribus Civitatis eiusdem. Universis et singulis utique vite laudabilis et conversationis honeste tam virginibus et viduis quam etiam maritatis harum serie de certa nostra scientia et speciali gratia usque ad maiestatis nostre beneplacitum duximus indulgendum, quod ad cuiusvis petitionis instantiam ad prohibendum testimonium in Curia quacumque seu foro super quovis negotio sive causa civili aut etiam criminali trahi de cetero nequeant seu compelli. Quod si earum habere testimonium aliquando forsitan opus esset illas vel in suis

propriis domibus vel aliqua vicina Ecclesia, pro earum honestate ab omni prorsus impudicitie ac infamie macula preservanda examinari Volumus et Jubemus Mandantes auctoritate presentis indulti universis et singulis presidibus Regni nostri Sicilie aliisque Judicibus ordinariis ac etiam delegatis quocumque nomine censeantur presentibus et futuris ut ipsius Indulti gratia forma eius diligenter attenta neapolitanis mulieribus antedictis et cuilibet earundem servent Inviolabiliter et servari tenaciter per alios faciant easque contra illius mentem et seriem impetere seu molestare aliquatenus non presumant. In cuius rei testimonium et cautelam presens Indultum fieri et pendenti Maiestatis nostre Sigillo Jussimus communiri. Datum in Castromare de Stabia per manus Johannis Grilli de Salerno etc. anno Domini M° CCC° XXXVIJ° die penultimo Julij quinte Indictionis Regnorum nostrorum anno XXVIIIJ°.

XIX.

Anno 1341. 2 Aprile. 8ª Indizione — Napoli.

Re Roberto nomina Francesco Petrarca suo chierico (1) e familiare.

Registro 1340. A. n. 321. fol. 56 t.

Robertus etc. Universis presentes litteras inspecturis. Fervorem erga maiestatem nostram devocionis precipue ac in poeticis maxime sufficientiam fidedignorum quamplurium iudicio ipsaque experientia certius nobis notam nec minus alia laudabilis condicionis merita in virtutis testimonium propensius confovenda prudentis Viri Magistri Francisci Petrachi de florentia in examine grate considerationis ducentes quibus non indigne sic reddidit uberioris nostre prosecutionis capacem ipsum in Clericum et familiarem nostrum domesticum ac de nostro hospitio duximus de certa nostra scientia tenore presentium retinendum. Recepto prius ab eo solito in talibus iuramento. volentes et expresse mandantes ut illis honoribus favoribus privilegiis et prerogativis aliis potiatur et gaudeat quibus ceteri Clerici et familiares nostri domestici potiuntur et gaudent ac potiri et gaudere soliti sunt et debent. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Data neapoli per Joannem Grillum etc. Anno domini M° CCCXLI die II Aprilis VIIII indictionis Regnorum nostrorum anno XXXII.

XX.

Anno 1342. 14 Agosto. 14ª Indizione — Napoli.

Re Roberto stabilisce solenni feste per la milizia del duca di Calabria Andrea di Ungaria e per la celebrazione del suo matrimonio con Giovanna, nipote di esso re Roberto, la quale poi gli succede nel trono.

Registro 1341. 1342. B. n. 325. fol. 87 t.

Robertus etc. Universis presentes litteras inspecturis Omni negotio tempus et oportunitas requiritur concionatore Sapientissimo Rege teste. Nam dum in negotiis non tempus et oportunitas expectatur set circa debitum utrumque acceleratione minima

(1) Cioè cappellano domestico del re. Questa era una eminente dignità ecclesiastica nella Corte della prima razza Angioina.

prevenitur id quod agendum foret bonorum ad que ordinatum esset destitutum effectibus cassaretur. Sic et cum ultra modum dilatorie suspenditur simile patitur detrimentum fructus namque quando immaturus carpitur acerbus gustatur quando vero eius collectio dum maturus est negligitur decidit non humanis usibus reservandus. Sane licet ea que ad honores et profectus Carissimorum filiorum nostrorum Ducis et Ducisse Calabrie nullus quam nos ferventius cuperet cum non sit auctor. qui paternum superet nullusque pro hiis eis delectabilius congauderet dicti tamen Ducis militie et Amborum confirmationis inter eos contracti matrimonii Utriusque etate attenta tenera et invalida hucusque solempnia quamquam nosceremus illa a nostris devotis et fidelibus avide diutius prestolata de industria duximus defferenda cum dicti Ducis etas hactenus non suppercsset ad militaria servitia incohanda. neque utriusque Suffecisset ad generandam prolem aut illam procreassent debilem et defectam cum sequentibus Valentior et prestantior debeat prima esse hinc postquam Rex ipse plura de tempore prelibaverat subdens inseruit tempus ridendi idest gaudendi ne in tantum sapiens credatur dissolutam et laxivam letitiam indulxisse et tempus saltandi ne ad tam festina celebritate prorsus excludi competentia tripudia videant Deinde adierit et tempus longe ab amplexibus fieri quod locum dudum habuit quamdiu dicti coniuges et valida etate distrarunt post quod et tempus amplexandi apposuit ut intelligantur etate competentius suffragante promissi amplexus in connubiis quos facta mentalis coniugii impariter sincerius sublimius que honestas admittit Pro qua in persona Ecclesię de Christo Sponso in canticis decantatur leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me Ex nunc igitur tempore et oportunitate instantibus et de proximo se offerentibus satis apte quibus coniuges ipsi tam dictis annorum etatibus quam Corporum viribus ac annorum morumque virtutibus ad premissa ydonee convalescant eiusdem Ducis militie die Pascatis resurrectionis dominice et nuptiarum Amborum quarta die sequente celebritates iocundas neapoli statuimus festinari A tali siquidem die Christus causam perhennis exultationis generi humano reliquit qua mundum spirituali et temporali annua letitia se in utrumque hominem censuit per secula perfundendum. ad hec namque non modice cohoperatur post gelidorum yemalium aliquorum transitum dierum lucidorum et tranquillorum vernabilis amenitatis avium seu alitum garrula sonoritas Arvorum virentium sponsitas herbarum ac arborum vel virgulorum et odoriferorum suavitas et venustas que misterio festive resurrectionis Christi congrue conrespondent quando Christus Nazareni floree humanitatis per passionem et mortem furato feno flos adeo concidit ut non esset ei species neque decor quando et Petrus frigus sensit hunc flore decoquens yemale Set die pascatis letabunde quo exuriexit gloria nostra atque psalterum et cithera refloruit eius caro premissa enim ad cunctorum primo et principaliter Spiritualis Regalium domus nostre deinde Comitum et Baronum et aliorum nobilium sive Civium aut conditionis alterius cuiuscunque tam Regni Sicilie quam Provincie quam Comitatus Pedimontis et ei partium lombardie adiacentium nostrorum fidelium evidentiam et notitiam duximus perferenda ut qui cum dicto Duce militiam subscipere elegerint ex nunc ad hoc habilius se disponant Ceteri autem qui ad dictum festinum convenire voluerint intrantes in domini sui gaudia saltim tam Universalis et comunis ilaraminis efficiantur participes et consortes. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli Anno domini M.° CCCXLIJ° Die XIIIJ° Augusti X° Indictionis. Regnorum nostrorum anno XXXIIIJ°.

XXI.

Anno 1343. 24 Febbraio. 11ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna I fa costruire il sepolcro a re Roberto suo avo.

Registro 1343. F. n. 333. fol. 8.

Johanna etc. Jacobo de pactis, fideli nostro gratiam etc. Pridem inter curiam nostram ex parte una et magistros pancium et Johannem de florentia marmorarios fratres ex parte altera. inite sunt certe conventiones et pacta de faciendo per eos infra presentem annum XI Inditionis in certo loco Ecclesie sancti Corporis Christi de Neapoli proprio designato quodam opere seu edificio sepulture felicis memorie illustris Jerusalem et Sicilie Regis Reverendi Domini Avi nostri que in instrumento publico inde facto particulariter et plenarie continentur. Cumque velimus opus ipsum secundum huiusmodi conventiones et pacta predicta realiter ad notum executionis effectum, ac de fide prudentia et legalitate tua suadente laudabili testimonio confidamus te prepositum ipsius operis de consilio et assensu serenissime Domine domine sancie inclite Jerusalem et Sicilie Regine Reverende domine matris et principalis gubernatricis nostre ac aliorum gubernatorum nostrorum duximus tenore presentium fiducialiter statuendum. Quare volumus et fidelitati tue de predictis consilio et assensu commictimus et mandamus quatenus forma conventionum et pactorum ipsorum per te diligenter attenta et in omnibus efficaciter observata intendas et intendi facias cum omnis diligentie studio circa costructionem operis seu edificii supradicti iuxta quod prefate conventiones et pacta continent et distingunt Cum notitia tamen et conscientia Guillelmi de Randicio militis familiaris et fidelis nostri quem de omnibus et singulis in dicta constructione fiendis volumus habere notitiam et conscientiam specialem pro expensis autem necessariis ad constructionem eamdem tam scilicet in emendis marmoribus et rebus quibuslibet aliis oportunis quam in solvenda mercede prefatis magistris ad rationem in dictis conventionibus declaratam aliisque personis huiusmodi hedificio vacaturis requiras et recipias a thesaurariis nostris uncias auri centum ponderis generalis illasque convertas prout oportunum fuerit in hedificium ipsum secundum conventiones easdem cum prefati Guillelmi conscientia notitia et assensu Ita quod solutio ipsa per te sicut premictitur facienda fines modestie non excedat. Quibus thesaurariis de hiis que ab eis inde receperis facias apodixam, nos enim Thesaurariis ipsis damus per alias nostras licteras in mandatis ut tibi pro causa premissa predictas uncias auri centum prefati ponderis exhibeant et exolvant facturus nihilominus quaternum unum contenturum quantitates pecunie recipiende per te sicut premictitur ac etiam exolvende cum diebus et locis receptionis et solutionis ipsarum nomina insuper et cognomina personarum a quibus illa receperis quibusve ipsas exolveris ac pro quibus causis et cum distinctionibus omnibus aliis oportunis sub sigillis domini Guillelmi et tuo tempore tui ratiocinii producendo Cui quaterno dari volumus plenam fidem ipsumque in computo tuo tibi acceptari ac sufficere volumus ad cautelam dummodo contenta in illo processisse noscantur de prefati Guillelmi notitia conscientia et assensu. Ceterum ne in gestione negotiorum ipsorum propriis sumptibus laborare rogaris statuimus tibi proinde gagia ad rationem de granis auri decem ponderis generalis per diem que gagia pro tempore quo negotia ipsa de beneplacito nostro geres de predicta pecunia recipienda per te pro constructione prefata tibi possis auctoritate presentium retinere ordinatione seu mandato quocumque contrario non obstante Datum neapoli sub parvo sigillo nostro in camera nostra anno domini M.° CCCXLIII die XXIIII februarii XI Ind. Regnorum nostrorum anno primo.

XXII.

Anno 1343. 25 Novembre. 12ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna I,ad imitazione di re Roberto suo avo,crea Francesco Petrarca in suo cappellano domestico e familiare.

Reg. Johanne I. 1343-1344. C. n. 338. fol. 17.

Johanna etc. Tenore presentium notum facimus Universis earum seriem inspecturis Quod delectabiliter advertente specialem prosecutionis affectum quem Clare memorie Inclitus princeps dominus Robertus Jerusalem et Sicilie Rex Illustris Reverendus dominus avus noster gessit dum viveret ad prudentem Virum Magistrum Franciscum Petrachum de Florencia cum ipsius domini domini Avi nostri expectata in oportunum tempus ex devotionis licentia poetice scientie in Urbe Romana priscorum Venerabili more temporum laurea insignitum et alias virtute discretiva ingentem dignisque meritis preditum quorum consideratione benigna in domesticum capellanum sive Clericum suum suggerente nichilominus proprio quodam instinctu uberioris caritatis admisit. Et proinde huiusmodi Regia imitatione avita erga eum conformiter nostre sinceritatem benivolentie propagante ipsum similiter in capellanum seu clericum nostrum domesticum ac de nostro hospitio duximus de certa scientia et speciali gratia retinendum. Recepto prius ab eo solito in talibus iuramento Volentes ut illis honoribus favoribus privilegiis prerogativis et gratiis de cetero potiatur et gaudeat quibus ceteri alii capellani seu clerici nostri domestici ac de nostro hospitio potiuntur et gaudent ac gaudere et potiri soliti sunt et debent. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Adenulfum Cumanum de Neapoli etc. Anno domini M·° CCCXLIII° die XXV° novembris XIJ° Indictionis Regnorum nostrorum anno primo.

XXIII.

Anno 1346. 4 Luglio. 14ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna I ordina a Bertrando del Balzo Maestro Giustiziero del Regno di procedere contro gli uccisori di Andrea suo marito, secondo la bolla spedita a lui dal pontefice Clemente VI.

Registro 1345. B. n. 348. fol. 200 t. — 201 t.
Registro 1345-1346. A. n. 349. fol. 148 t. — 149.

Johanna etc. Nobili et Magnifico Viro Berterando de Baucio Montiscaveosi et Andrie Comiti Magistro Justitiario Regni Sicilie dilecto Affini Consiliario et fideli nostro etc. Vidimus noviter et coram nobis lectas audivimus presentatas per te nostro conspectui quasdam Apostolicas litteras tibi directas per quas de horrende necis crimine patrato dudum in personam Clare memorie Domini Andree Jerusalem et Sicilie Regis Illustris viri nostri Carissimi habenda inquisitio diligens et facienda iustitia tibi specialiter, et

expresse committitur, et litterarum tenor huiusmodi per omnia talis erat. Clemens Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Nobili Viro Berterando de Baucio Comiti Montis Caveosi salutem et Apostolicam benedictionem. Et si iustitiam que subditorum corda letificat et sublimum tronum firmat magisque accepta Deo redditur quam immolatio Ostiarum quicumque diligere et pro ea certare debeant quibus ex officii debito competit iudicare. Nos precipue qui licet immeriti vices illius in terris gerimus cuius iustitie que in eternum permanet plena est dextera quique ponit in pondere iudicium et iustitiam in mensura huiusmodi iustitiam diligendo debemus colore dilectam exquirere et exquisitam prosequi ac bracchiis fortitudinis amplexari. Ut secundum illius rectum tramitem per nos et alios iuxta negotiorum exigentiam et status nostri decentiam singulis meritorum et demeritorum stipendia tribuamus. Sane pridem ad Apostolicatus nostri notitiam flebili et infausto rumore perlato quod quidam viri sanguinum et dolosi nequitie filii et perditionis alumni in Clare memorie Andream Regem Sicilie manus inicientes impias ipsum innocentem tamquam inter suos securum se existere reputantem crudeli et turpissima morte tam immaniter quam proditione peremerunt. Nos volentes sicut nec velle debemus tam horribile detestabile ac Deo et hominibus odiosum factum cuius cognitio et punitio ad nos Romanam Ecclesiam in hoc casu pertinere dignoscitur relinquere suadente iustitia impunitum Primo certos processus contra quoscumque predicti sceleris patratores complices consocios et qui dederunt ad id consilium et favorem de fratrum nostrorum Consilio fecimus generales diversas spirituales et corporales penas et sententias continentes Et subsequenter recepta informatione quod aliqui tam mares quam femine de nece predicta suspectu non modicum existebant ipsos per edictum puplicum presente fidelium multitudine copiosa de eorumdem fratrum consilio citari curavimus ut infra trium mensium spatium ad hoc peremptorie assignatum coram nobis personaliter comparerent beneplacitis apostolicis placituri et facturi recepturi quod iustitia suaderet et licet ipsi citati virtute citationis predicte infra dictum terminum nondum elapsum artati existerent Apostolico se conspectui presentare Nos tamen considerantes quod in partibus illis in quibus est flagitium perpetratum magis sufficiens instructio fieri et melius facti circumstantiarum eiusdem veritas quam detegi et votis gerimus poterit reperiri quodque occasione sumpta veniendi ad Romanam Curiam via dari posset multiplex criminosis penas debitas evitandi deliberavimus quod ne iustitia nimium retardetur et ex huiusmodi retardatione et mora secum trahente periculum contingat ipsam diversis quesitis occasionibus aliquatenus forsitan impediri de predictis citatis et omnibus aliis qui de predicto scelere culpabiles poterunt reperiri per aliquem de quo possimus confidere in illis partibus iustitia ministretur Et quia de laudabili prudentie tue virtute sepius in multorum arduorum negotiorum executione probata ac fidelitate magnanimite et aliis gratiarum donis quibus te altissimus insignivit firmam in Domino obtinemus fiduciam quod iniuncta et commissa tibi per nos ad honorem Dei iustitie cultum et commendabilem nobilitatis tue titulum non declinando ad dexteram vel sinistram diligenter constanter et fideliter exequaris nobilitati tue duximus tenore presentium committendum quatenus vocatis et tibi assistentibus duobus ex Civibus Neapolitanis quos ipsi Cives Neapolitani duxerint nominandos auctoritate Apostolica de predicto scelere et ipsius patratoribus consciis et quomodolibet culpabilibus inquiras cum omni diligentia qua poteris et ut expedire iuxta qualitatem negotii videris adhibito peritorem Consilio plenius veritatem et de omnibus et singulis quos de predicto scelere culpabiles poteris experire licet aliqui ex eisdem per nos citati fuerint non obstante citatione predicta facias plenum iustitie complementum Nos enim in premissis et ea tangentibus plenam tibi tenore presentium usque ad Apostolice Sedis beneplacitum concedimus potestatem. Datum Avinione tertio nonas Junii Pontificatus nostri anno quinto. Cum igitur ad executionem Realem et debitam premisse commissionis Apostolice procedere velle te asseras ut teneris nosque ad assistendum faciendumque

tibi super ipso negotio per alias speciales Apostolicas licteras missas nobis propterea moveamur quam id in hac parte zelemus quod idem Dominus noster Summus Pontifex ex caritate Dominica zelare pependimus quinimmo tanto ausus tantoque ferventius sciamus exinde vindicem executionemque iustitie quanto ex offensa ipsius Domini viri nostri censemur offense pergravius et iniuria sit atroci enormius alacessite veluti parte nostri corporis a nobis sit impie abdicata ad tue requisitionis et devote supplicationis instantiam tibi harum serie tam super inquisitione predicti sceleris quam ceteris dependentibus seu emergentibus et cognessis in habundatioris cautele presidium prout et quantum in favoris ac assistentie adminiculum et iuvamen Apostolice commissionis eiusdem et executionis ipsius expedire dignoscitur committendas de certa nostra scientia duximus totaliter vices nostras eaque in hiis generaliter et specialiter perfrui potestate ac auctoritate te volumus quas circa faciendam in eodem Regno nostro iustitiam ex Reginali preminentia et vigore fastigii noscimur obtinere et ut processus eo fiat in eiusdem sceleris et disquisitione rigidior eoque durior ex pena delinquentibus differantur quo facimus ipsam constat esse pergrandius et eius immanis acerbitas pravitatem excedit criminum ceterorum addicimus tibi expressius iniungentes ut si et prout videris expedire adversus reos eiusdem criminis notabiles et suspectos omnes et singulos cuiuscumque status dignitatis aut conditionis existant procedere studeas tam efficaciter quam instanter absque personarum exceptione (1) aliqua iuxta sanum sensum et seriem licterarum arbitralium et aliarum tibi per nos nostramque Curiam tam circa ipsius inquisitionem et punitionem criminis quam in ipso quo fungeris Magistri Justitiariatus officio concessarum procedendo tam ad captionem ac punitionem rigidam et vindictam contra delinquentes eosdem quam ad bagnitionem et foriudicationem nec minus et bonorum confiscationem ubi vocatis infra constituenda per te tempora a tuo conspectu se contumaciter subtraxerint abreviando et super ipsa foriudicationis ferenda sententia tempora communi iure sive Regni constitutione statuta quam alias prout negotii qualitas et ipsa expedientia casus exigerint tenere circa id ipsius Apostolice commissionis actento non obstantibus legibus constitutionibus ordinationibus capitulis ritibus privilegiis quibuscumque in contrarium forsitan conditis aut servatis. Cum nos eo earumque vigorem tanti sceleris enormitate possisenter ac ob reverentiam ipsius committentis Dominice sanctitate tollamus omnino earumdem autoritate presentium ac viribus et efficacia evacuemus termino deferens cuiquam prece pretio et amore gratia odio vel timore quo magis czelus tuus ab indaganda exinde veritatis certitudine tepiat vigorque iustitie in sui debita executione lentescat. Ceterumque supplicastis nobis expressius ut eo consultius eoque caltius valeat ad premissa procedere quo plurium et peritorum virorum consilio suis et assistentia quoadiutus ut tibi in hiis favoris nostri presidio assistentes concedere dignaremur quod Adenulfum Cumanum de Neapoli Viceprothonotarium Regni nostri Sicilie ac Matheum de Porta de Salerno et Johannem de Lando de Capua Magistros Rationales Magne nostre Curie Juris Civilis Professores nec non Johannem de Civitate Theatina militem Johannem Acconczaiocum de Ravello et Petrum de Monte forti eiusdem Juris Civilis Professores Judices Magne nostre Curie cui prees viros quidem clare scientie noteque fidei et legalitatis experte actenus in diversis puplicis privatisque negotiis comprobatos et alios quos ydoneos ad hoc opportunos et habiles fore cognoveris convocare ac assumere tibique valeas adhibere una cum eis vel eorum aliis possis maturius atque consultius procedere ad premissa ac eis et eorum cuilibet quod ad assistendum tibi et consulendum conveniant prout et quando eos requirendos et vocandos duxeris sub pena personarum et bonorum ipsorum omnium mandare valeas daremus tibi specialiter potestatem. Nos igitur presupponentes czelum tue devotionis et fidei constan-

(1) Per errore dello amanuense della Cancelleria nella pergamena sta scritto invece *executione*.

tisque iustitie in tua persona aperta claritate pollere et presupponentes predicta per te petita in meliorem partem cedere teque omnia rite acturum cum salubri Consilio predictorum concedimus tenore presentium de certa nostra scientia tibi liberam potestatem quod possis predictos et alios quos duxeris in Consiliarios assumere ac adhibere si et prout tibi videbitur expediri eisque mandare sub penis eisdem et tibi advocationem seu requisitionem tuam super hiis consulere ac assistere debeant prout per te fuerint requisiti. Datum Neapoli per Adenulfum Cumanum de Neapoli etc. Anno Domini M° CCCXLVJ° Die IIIJ° Julij XIIIJ° Indictionis Regnorum nostrorum anno IIIJ°.

XXIV.

Anno 1346. 11 Decembre. 15ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna I annunzia la solenne cerimonia, in cui il suo figliuolo primogenito Carlo sarà dichiarato suo successore al trono.

Registro Angioino 1346. C. n. 353. fol. 100.

Johanna etc. (1) Justitiario Terre laboris et Comitatus Molisii dilecto fideli nostro etc. Ex materne caritatis affectu et pie considerationis instinctu, quo Speramus considerามus et affectamus Spectabilem Carolum Ducem Calabrie primogenitum ac Unigenitum nostrum Carissimum nobis debere succedere in predictis Regnis Jerusalem et Sicilie, ac omnibus aliis terris et bonis nostris voluimus. ac volumus eidem primogenito nostro prestari debere per Spectabiles Tarentinum Principem. Ducem Duracii et fratres necnon Comites et Barones aliosque feudatarios et homines Regni huius ligium homagium et fidelitatis debite Juramentum tanquam filio nostro primogenito nobisque post nostrum obitum in Regnis terris et bonis ipsis rationabiliter Successuro Ita quod huiusmodi prestatio homagii et Juramenti effectum habeat post nostrum ab hac vita decessum et non ante nullumque proinde nobis donec Vixerimus circa proprietatem usufructum. gubernationem et administrationem aliaque Jura Regnorum terrarum et bonorum predictorum preiudicium generetur. Reservatis etiam Juribus et honore Sacrosancte Romane matris Ecclesie,et Domini nostri Summi Pontificis sponsi sui.Sicut Reverendi Patris domini Berterandi tituli Sancti Marcii presbyteri Cardinalis Apostolice Sedis legati consilio et ordinatione processit. Quocirca fidelitati tue districte precipiendo mandamus quatenus statim receptis presentibus, singulis Universitatibus Cuntarum terrarum Castrorum et locorum quorumlibet decrete tibi provincie, etiam si Capitaneos habeant ex parte nostra intimare et iniungere studeas quod immediate eorum quemlibet suos Syndicos ordinet ad premissa legitime constituendos, ab ea plena et omnimoda potestate ac auctoritate suffultos qui ad nostram presentiam se conferant, huiusmodi ligium homagium et fidelitatis debite Juramentum, sub modo forma conditione et reservatione premissis pro parte dicte Universitatis eorum dicto nostro primogenito prestituri. Ita quod per totum quintum decimum diem Januarii primo futurum ipsi Syndici plena ad premissa effectualiter adimplenda potestate et auctoritate suffulti coram nobis Neapoli omnimode sint presentes. Exceptis infrascriptis terris quibus super hoc scribendum duximus per

---

(1) *Johanna Dei gratia Regina Jerusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forchalquerii ac Pedimontis Comitissa.*

alias nostras litteras Speciales Videlicet Neapolis Aversa Capua Suessa Gaeta, Magdalono, Putheolo, Yscla, Summa, Palma Thelesia Ysernia Sanctus Germanus, Rocca de Archis et Sora. Datum Neapoli per Venerabilem Patrem Rogerium Barensem Archiepiscopum etc. Anno domini M°CCCXLVJ° die XJ° decembris XV° Indictionis Regnorum nostrorum anno IIIJ°.

Eodem die eiusdem ibidem similes facte sunt=Justitiario Terrebari fideli nostro. Justitiario Aprutii Ultra Justitiario Aprutii Citra. Justitiario Principatus Ultra Justitiario Principatus Citra. Justitiario Terreydronti. Justitiario Capitinate. Justitiario Basilicate.= Die XV° decembris eiusdem ibidem Similes facte sunt. Justitiario Calabrie. Justitiario Vallisgratis. usque per totum diem festi purificationis beate Virginis primo futuri (1).

XXV.

Anno 1382. 27 Giugno. 5ª Indizione — Napoli.

Re Carlo III di Durazzo accorda il proprio foro per le cause civili ai Genovesi nel reame di Napoli.

Registro 1382. 1383. num. 359. fol. 72 t.

Karolus tertius etc. Magnifico viro magistro Justitiario Regni nostri Sicilie collaterali vel eius locumtenenti et iudicibus eiusdem magne curie consiliarijs necnon Justitiariis capitaneis baiulis et Judicibus terrarum et officialibus aliis per Regnum nostrum Sicilie constitutis quocumque titulo et denominatione notentur ad quos spectat et spectare poterit presentibus et futuris fidelibus nostris gratiam etc. moti noviter devotis supplicationibus culmini nostro porrectis tam pro parte consolis Januensium quam ipsorum Januensium in Regno nostro Sicilie degentium et comemorantium devotorum nostrorum et alias intendentes cum eisdem consule et Januensibus propter sinceram devotionem eorum quam evidentissime per effectum laudabilium operum ostenderunt erga nos et Regiam domum nostram et per nos gratuite in agendorum nostrorum prosecutionibus comprobatam dominica caritate transire et quantum bono nostro possumus eorum accomoda placidis exauditionibus adimplere. Eisdem Januensibus de certa nostra scientia et speciali gratia usque ad nostrum beneplacitum presentium tenore concedimus quod in causis dumtaxat Civilibus Januenses ipsi inter se ipsos tam in agendo quam de-

(1) Nel precedente fol. 250 et. di questo Registro è scritto lo stesso ordine della regina, spedito alle Università delle città di Mileto, Ischia, Aversa, Lettere, Sorrento, Ravello, Salerno, Scala, Gaeta, Termoli, Venosa, Bitonto, Manfredonia, S. Angelo, Potenza, S. Germano, Melfi, Sora, Trani, Penne, Bisceglie, Chieti, Aquila, Santa Maria, Isernia, Giovenazzo, Sulmona, Atri, Telese, Teramo, Sessa, Rossano, Nicastro, Tropea, Monteleone, Bari, Cotrone, Seminara, Cosenza, Reggio, Brindisi, S. Agata, e Gerace. E delle Terre di Positano, Pino, Maiuri, Minori, Capua, Gragnano, Nocera, Atessa, Foggia, Morcone, Montitino, Francavilla, Campoli, Montefuscolo, Vasto Aimone, Gonessa, Lanciano, Rocca d'Arce, Barletta, S. Severo, Melfitto, Pimonte, Tramonti, Capri, Pescara, Bucchianico, Ortona, Pedacio, Corigliano, Mangoni, Acri, Nicotera, Carpenzano, Martirano, Longobucco, S. Marco, Bisignano, Scalea, Dipignano, Molfetta, Gaurano, Cerisano, Lappono, Pietrafitta, Spaziano maggiore, Roveto, Roseto, Tassano, Grimaldi, Aprigliano, Donnicori, Rogliano, Spaziano, Somma, Fellino, Mese, Celico, Villari, S. Paolo, Calanna, Fiumara, Vico, Eboli, Foggia, Amalfi, Civitaducale, Civitella, Monopoli, Chiusura, S. Flaviano, Montereale, Accumoli, Amatrice, Valle Castellana, Amantea, S. Giovanni Monaco, Venerelli, Laurate, Scillano, S. Severina e Paterno.

fendendo et alias ubi per quantumcunque aliam personam que agitur contra aliquem seu aliquos ex Januensibus supradictis nonnisi coram dicto eorum consule pro quavis causa civili trahi valeant Vocari vel etiam conveniri, sub expresse conditionis adiectu quod iuxta intentionis nostre propositum si et quando videretur maiestati nostre pro honore nostro et expedientia Justitie aliud vel aliter agendum quam prefertur in nostre remaneant libero arbitrio Voluntatis, quare Vobis et vestrum cuilibet harum serie mandamus expresse quatenus si contingat Januenses ipsos quomodocumque Civiliter trahi citari vel conveniri coram Vobis vel vestrum aliquibus ad petitionis instantiam cuiuscumque ad dictum eorum consulem tamquam ipsorum Judicem competentem quam totius remittatis eosdem ad quem cognitionem et terminationem Civilium causarum eorumdem spectare et pertinere Volumus et Jubemus et per quem durante nostro beneplacito et nisi expediens causa Justitie pro honore nostro retraxerit ipsum propositum nostre mentis ut predicitur conquerentibus singulis harum serie in causis eisdem Civilibus fieri mandamus et Volumus Justitie complementum revocantes prorsus in irritum quicquid per vos seu vestrum aliquem attemptari forsitan contingerit in futurum contra presentium seriem atque mentem presentibus pro cautela remanentibus presentanti ipso nostro beneplacito ut predicitur in antea valituris. Datum Neapoli per Virum Nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona etc. Anno Domini MCCCLXXXIJ°. Die XXVIJ Junij quinte Indictionis Regnorum nostrorum anno secundo.

XXVI.

Anno 1382. 25 Novembre. 6ª Indizione — Napoli.

Carlo III ordina al Maestro Giustiziero del Regno di citare Niccolò di Berardo di S. Sebastiano, della provincia di Abruzzo, per difendersi dall'accusa di essersi portato in Avignone a chiamare Ludovico di Angiò da parte de' Magnati di Abruzzo, offrendogli la città di Aquila ed i loro aiuti per occupare il Regno.

Registro Angioino Karolus III 1382. 1383. n. 359. fol. 126 t.

Karolus tertius etc. Magnifico Viro, magistro iustitiario Regni Sicilie vel eius locumtenenti et iudicibus magne Curie consiliariis et fidelibus nostris gratiam etc. noviter datum est maiestati nostre intelligi quod nicolaus berardi de sancto sabastiano Aprutine provincie, fidelitate nostra postposita accessit Avinionem hortatu et mandato Raynaldi de Ursinis ad ducem Andegavie publicum hostem nostrum ad sollicitandum ipsius adventum contra maiestatem nostram et contra turbationem status pacifici Regni nostri nec non ad offerendum Civitatem Aquile prefato duci pro parte eiusdem Raynaldi et aliorum magnatum dicte Aprutine provincie nostrorum rebellium, Et insuper idem nicolaus ut fidedigne percepimus venit cum dicto duce ad partes dicti Regni nostri et cum eodem presentialiter commoratur in dispendium et contemptum honoris nostri atque detrimentum nostrorum fidelium propter que incrimen nostre maiestatis procidit et noster rebellis notorius est effectus, volentes itaque de premissis veritatem lucidam reperiri, propterea fidelitati vestre committimus et mandamus de certa nostra scientia quatenus nicolaum predictum ex officio curie per Edictum vocari et citari faciatis sub pena omnium bonorum suorum tam feudalium quam burgensaticorum sistentium

ubicumque in Regno nostro predicto citra farum ipsoque comparente contra eum procedatis ex officio ad condempnationem vel absolutionem prout vobis videbitur iustitie convenire, alias autem ipso comparere contumaciter negligente procedatis ad penam publicationis omnium bonorum eius predictorum et alias penas sibi propterea infringendas iustitia mediante. ut eum pena merita teneat eiusdem criminis quod commisit. Datum neapoli per virum nobilem Gentile de Merolinis de Sulmona etc. Anno domini MCCCLXXXII die XXV° novembris VI° Indictionis. Regnorum ut supra.

XXVII.

Anno 1382. 26 Novembre. 6ª Indizione — Napoli.

Convenzione fatta tra re Carlo III di Durazzo ed i coniugi Roberto d'Artois e Giovanna di Durazzo duca e duchessa di Durazzo.

Registro 1382. 1383. n. 359. fol. 134 t. 135.

Karolus etc. Tenore presentium notum facimus universis earum seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Quod inter maiestatem nostram ex una parte et Illustres dominum Robertum de Arthesio et Johannam Ducissam Duratii Coniuges fratrem et sororem nostros carissimos subscripta Capitula seu Conventiones et promissiones habite et convente fuerunt tenoris et continentie subsequentis. Infrascripta promittuntur Illustribus Domino Roberto de Arthesio et Domine Johanne Ducisse Duratii coniugibus per Serenissimum Dominum Regem Karolum tertium Jerusalem et Sicilie etc. In primis ubi dicta Ducissa operabitur et faciet cum effectu quod Castrum Montis Sancti Angeli restituetur et reducatur ad manus dicti domini Regis vel alterius pro parte sua infra et per totum decimum diem mensis Januarii primo futuri presentis anni sexte indictionis, Dominus Rex gratiose remittit omnes culpas penas et offensas dictis domino Roberto duci Duratii et domine Johanne Ducisse Duratii coniugibus et familiaribus eorum singulis et vassallis terrarum eorum de omni tempore preterito, de omnibus, que possent eis opponi contra eos et ipsorum quemlibet etiam si de crimine lese maiestatis ex quocumque capite arguerentur exceptis illis qui inciderunt in banno et de omni alio excessu et crimine ac de omnibus aliis penis qualitercumque hucusque impositis tam corporalibus quam pecuniaribus et obligationibus ammissionis seu privationis bonorum ad quos dictus dominus Robertus et domina Ducissa et ipsi familiares et vassalli vel ipsorum alii vel alteri incidissent et incidere potuissent virtute et auctoritate quorumcumque pactorum et obligationum factorum et factarum per dictum dominum Ducem et Ducissam dicto domino Regi et domine Regine et specialiter de litteris missis per eos.. Duci Andegavie et aliis litteris receptis per eos a dicto Duce per manus Johannis Vo. Item dictus dominus Rex et domina Regina assecurant et firmam assecurationem sub Regia et Reginali fide promittunt predictis Duci et Ducisse coniugibus de eorum vita personis et membris perpetuo et longo carcere quocumque succedente eventu pro tempore in futurum. Ita quod quocumque eventu dato in personis vita et membris per ipsos dominos Regem et Reginam nec per alios eorum parte et mandato puplice vel occulte modo aliquo seu aliquatenus non offendantur, Et quod detineri debeant simul et morari ubicumque fuerit persona propria dicte domine Regine et unus ab alio separari non debeant toto tempore quo erunt detenti. Non obstantibus quibuscumque

pactis et Capitulis penam privationis vite membrorum et perpetui carceris continentibus habitis vel habendis inter eos contradicentibus et adversantibus presenti Capitulo et eius effectui que pro cassis propterea habeantur, Et quod detineantur sic habiliter quod ex defectu loci in quo detinebuntur vel ex defectu necessariorum vel ex asperis et duris modis inferendis eis non aspere opprimantur nec periculum personale incurrant nec aliquam infirmitatem. Ita quod bene et caritative tractentur nec etiam opprimantur ex defectu servitorum de quibus ipsi non confiderent. Item promittit dictus dominus Rex dictis Duci et Ducisse coniugibus quod finito tempore presentis turbinis et suspicionis gentis Ducis Andegavie ad presens imminentis et existentis in Regno prefati Deux et Ducissa restitui et traddi debeant eorum proprie libertati vere et realiter per ipsos dominos Regem et Reginam et positi et reducti libere et secure omni occasione remota in locis ubi manere morari et ire voluerint Dux et Ducissa coniuges supradicti. Item si contingat aliquod seu aliqua opponi contra dictos Ducem et Ducissam coniuges qui ponuntur per eos seu eorum alterum a tempore predicte remissionis in antea fecisse contra fidelitatem Regiam ex quocumque capite procedant ex crimine lese maiestatis eo casu dominus Rex promittit procedere ordinarie contra eos eis auditis in iustis eorum defensionibus si liquide et clare pareat et contra eos constet puniantur dicti Dux et Ducissa coniuges sicut consuetum est fieri aliis Dominis Regalibus temporibus retroactis per dominos huius Regni iustitia mediante. Item dictus dominus Rex promittit dare dictis coniugibus vitam alimenta et alia necessaria ubi ipsi non percipient fructus terrarum ipsorum et quod dentur eis familiares tam mares quam femine obsequentes illis ad arbitrium dicti domini Regis. quodque dicta Ducissa possit ire libere quando sibi placuerit per Castrum vel locum ubi fuerit dicta domina Regina sub custodia danda sibi per dictum dominum Regem. Item quod dicta Ducissa habeat feminas suas infrascriptas que serviant sibi de die et de nocte et morentur continue secum et in casu quo aliqua ipsarum nollet venire ad serviendum sibi aut infirmaretur vel dicta Ducissa non contentaretur de ea quod eo casu possit ipsa Ducissa alias eligere vel subrogare sibi placidas usque ad subscriptum numerum septem mulierum. Nomina mulierum Sibilia. Lucza. Marutia. Carathessa. Margarita. Ursulina. Loysella. et Nayma. Item quod dominus Robertus habeat coqum suum gallicum. Item quod dicta Ducissa habeat unum capellanum cum uno socio Medicum et Magistrum coquine Et isti possint intrare de die et servire sibi et de nocte stent extra Castrum. Item quod illi de consilio dicte Ducisse videlicet dominus Franciscus Setarius Antonius Calderarius et notarius Antonius Grassullus possint venire libere et secure et interesse in consilio domine Ducisse. Item quod dicta Ducissa habeat de die et de nocte duos famulos et Cambellanum infrascriptos qui serviant Ducisse prefate Nomina vero dictorum familiarium et Cambellani sunt hec videlicet pro Cambellano Maczeum de Porrello et pro famulis Carolum et Martinum Sclanum. Datum Neapoli anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Secundo. Die vicesimoquinto novembris sexte indictionis Regnorum dictorum dominorum Regis et Regine Anno secundo. Ut autem conventiones et promissiones huiusmodi plenam obtineant roboris firmitatem Capitula et conventiones ipsas tenore presentium de certa nostra scientia ratificantes ac etiam confirmantes illas et illa observare promittimus de dicta certa nostra scientia et Verbo Regie Maiestatis siquidem predicta promissa per dictos dominum Robertum et Ducissam observabuntur et fient iuxta eorum Capitulorum continentiam et tenorem. Has nostras litteras magno nostro sigillo pendenti munitas eisdem coniugibus in huius rei testimonium concedentes. Datum Neapoli per Virum Magnificum Johannem de Ursinis Comitem Manupplelli etc. Anno Domini. M.° CCC.° LXXXIJ.° Die XXVJ° novembris VJ° indictionis Regnorum nostrorum anno IJ.°

XXVIII.

Anno 1383. 29 Gennaio. 6ª Indizione — Napoli.

Re Carlo III di Durazzo manda a scegliere il luogo destinato pel duello da eseguirsi tra lui e Ludovico d' Angiò.

Registro 1382. 1383. n. 359 fol. 30 t.

Karolus tercius etc. Vicariis Castellanis et Camerariis Universitatibus et hominibus tam terrarum Magdaloni Arpadii et argentii quam aliarum terrarum et locorum provincie terre laboris fidelibus nostris gratiam etc. Cum Viros nobiles Nicolaum de Sancto Florinundo franciscum dictum monachum Guindacium Symeonem Caraczulum et Tirellum Caraczollum de Neapoli milites cambellanos et fideles nostros dilectos ad conducendum Spectabilem virum Comitem Sabaudie etc. et certos alios vel subrogandos ab eis cum certa gentis armigere quantitate ad videndum loca pro duello inter nos et Ludovicum Regis condam francorum filium pro defensione nostra faciendo presentialiter destinemus propterea volumus et fidelitati vestre de certa nostra scientia mandamus expresse quatenus ad omnem requisitionem dictorum nostrorum militum vel aliquorum ex eis provideatis tam ipsis nostris conductoribus et ipsorum gentibus quam dicto Comiti Sabaudie et predictis aliis seu subrogandis ab eis et gentibus eorumdem de oportunis omnibus ad victum hominum et equorum pabulum eorum pecunia mediante ac dictas res et victualia deferatis ad loca ubi hospitati fuerint eosque in terris vestris receptetis eisdem in eo numero ac si et prout pridem Commissarii providerunt et vos duxerunt requirendos ut possitis exinde de obedientie promptitudine merito commendari. presentibus post oportunam inspectionem earum remanentibus presentanti. Datum Neapoli per virum nobilem Gentilem de merolinis de Sulmona etc. Anno domini MCCCLXXXIIJ die XXIX Januarii VJª Indictione Regnorum nostrorum Anno secundo.

XXIX.

Anno 1383. 8 Febbraio. 6ª Indizione — Napoli.

Re Carlo III di Durazzo fa salvacondotto al conte Amedeo di Savoia per potere condursi con 600 cavalieri armati, a visitare il luogo prescelto nella terra d' Isola presso Capua, pel duello tra lui e Luigi d' Angiò.

Registro 1282. 1283. n. 359. fol. 199.

Nos Karolus Tertius dei gratia Rex Jerusalem et Sicilie Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes. Notum fieri volumus tenore presentium universis, Quod nos pro nobis nostrisque proceribus, Stipendiariis, Vassallis, fidelibus et subditis nostris quocumque titulo vel nomine fulgentibus assecuramus et securos reddimus et tenemus, Illustrem Virum dominum Amedeum Comitem Saubadie, principem, ducem Thablaisii et Auguste et in Italia Marchionem nominatum, nec non Magnificos Viros Johannem dominum Bullii et Ludovicum dominum Montisgaudii milites, ut dictus Comes et pre-

fati duo milites cum sexcentis equis et totidem personis et dictus Comes sine dictis duobus militibus cum dictis sexcentum equis, seu usque ad numerum sexcentorum equorum et totidem personarum, vel dicti duo milites, seu subrogandus vel subrogandi ab eis seu eorum altero cum trecentis, seu usque ad numerum trecentorum equorum et totidem personarum possint et valeant pedites et equites armati et inermes cum bonis Valesiis, Arvensiis et rebus ipsorum aliis quibuscumque de die et de nocte accedere et ire de Montesarculo, vel loco alio ubi fuerint ad Ludovicum quondam Regis francorum filium ubicumque eum esse contingerit cum subscriptis conductoribus nostris vel altero ipsorum et sine ipsis, Et inde ad locum Insule Capue pro duello inter nos et Ludovicum predictum exercendo ipsum locum visitare videre, et considerare, ipsum acceptare, vel renuere, et alium, seu alia loca nominata visitare, acceptare, vel refutare, ibique stare, redire, morari et conversari semel et pluries pro predictis et aliis locutis inter gentes nostras et ipsius effectui mancipandi sine impedimento, vel molestia, eisdem seu eorum alteri, aut deputando, vel deputandis ab eis, seu eorum altero in Comitiva predicta in personis, vel bonis eorum vel alterius ipsorum quomodolibet inserenda, eisque fiduciam securitatem et nostrum liberum salvum conductum concedimus atque damus, sub fide nostra libere usque ad terminum dierum viginti inchoandum hodie valiturum. Nomina vero dictorum Conductorum sunt hec videlicet Nicolaus de Sancto Fraimundo, Symeon Caraczulus, Franciscus Guindacius dictus Monachus et Tirellus Caraczulus de neapoli milites. Data neapoli per virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem locum tenentem prothonotarii Regni nostri Sicilie Consiliarium et fidelem nostrum dilectum. Anno domini Millesimo CCCLXXXIIJ die VIII februarii VJ^e Indictionis Regnorum nostrorum anno secundo.

XXX.

Anno 1384. 20 Luglio. 7ª Indizione — Napoli.

La regina Margarita, moglie e vicaria di re Carlo III, scrive e spedisce ambasciadori a' Magnati ecclesiastici e secolari, a' baroni, a' nobili ed alle Università delle Contee di Provenza e di Forcalquier, perchè riconoscano la elezione di Urbano VI in Sommo Pontefice, e combattano l'antipapa.

Registro Ang. 1384 n. 360 fol. 65.

Margarita dei gratia Regina Jerusalem et Sicilie Provincie et forcalquerii ac Pedimontis Comitissa. Serenissimi principis domini Karoli tertii Jerusalem et Sicilie Regis Illustris Reverendi domini viri nostri Vicaria. Ecclesiarum prelatis predictorum Comitatuum provincie et forcalquerii devotis et fidelibus Regiis et nostris gratiam et bonam voluntatem. De creatione Canonica Sanctissimi in christo patris et domini domini Urbani divina providentia Pape sexti tantum ipsa veritas se defendit et suo fulgore tantum apud omnes mundi principes et universas gentes corruscat et rutilat quod de sua provectione ad Summum pontificatum si mens non leva sit christicolis longa dare non expedit argumenta. Jam enim patent signa et prodigia et longe vel prope speculantibus manifesta est via quem quidem verum antistitem et vicarium Jehsu christi et non fictilem nec ob invidiam manufactum per quam mors introivit in orbem terrarum, colit Italia, venerat Alamania, Anglia diligit, et Ungaria cum

summa devotione cordis honorat Et ut omictamus alias populorum et gentium Nationes quos firma fides corroborat deum colere et non deos Artificum manufactos metuit veneratur et amat christianissimus princeps et dominus dominus Karolus dei gratia Jerusalem et Sicilie Rex vir noster et dominus Reverendus qui ut defendat Sanctam Romanam Ecclesiam inter predictarum animarum procellosa maria fluctuantem ut amputet errores et scismata que seminare nititur in vinea beati Petri ludovicus olim dux Andegavie seductor animorum simplicium et Regni Sicilie illicitus invasor quem ut sermone prophetico scriptum est dominus Jehsus interficiet spiritu oris sui divina videlicet potestate et sue maiestatis imperio cuius iussisse fecisse est, collectis viribus et exforsio ac numerosa gente armigera cui presunt docti Capitanei Caporales et duces longa armorum experientia assueti ac comitiva Magnatum Comitum et Baronum et Neapolitane militie in dei nomine et in virtute Spiritus Sancti a tribus mensibus elapsis de Civitate Neapolis recedens ad partes Apulie ad elidendum prava tendicula dicti olim ducis et dampnabilis eius septe direxit feliciter suum iter, cuius inceptis et piis auxibus de celo prospiciens iustam causam benignis oculis deus favet et speramus in virtute Altissimi quod idem dominus Rex qui Sanctam mentem fovet in hac parte liberabit Ecclesiam confundet hostem catholice fidei et crucis inimicum, tollet de mundo scisma et errores et non solum Regnum Sicilie Beati Petri pomerium set totam italiam immo verius totum orbem terrarum illustratione suorum operum liberabit Set cum perfecta et Robusta fides atque certa credulitas in dictum dominum nostrum papam urbanum sicut meditari potestis Acceptissima sit deo primo qui non permictet suum vicarium periclitari in terra et deinde dicto domino nostro Regi qui pugil et defensor, ipsam Ecclesiam et dictum eius verum Summum Antistitem defendere vult pariter et coronam qua de Regno Sicilie fuit canonice decoratus. Propterea devotionem et fidelitatem vestram Requirimus et ortamur actente quatenus premissis in consideratione deductis et quod fides catholica nube non tegitur et quod fortis et simplex esse desiderat atque pura Et ut celestia humanas et sacrilegas effugiant Et ab his qui templa diruunt ac simulacra conflant nichil divinitati noceat. In odium etiam et confusionem Antipape in quem iram dei videtis pariter et sentitis ostendatis, dicto, facto, verbo et opere, sinceram et inculcatam fidem quam habetis ad dictum dominum nostrum papam urbanum in quo nulla verior probatio et demostratio esse poterit quam cotidie persequi et confundere scismaticos et contagiosos castigare punire et fugare Et eos, a dei consortio separare ne prevaricatus spiritus prevertat et eruat ac seducat puros simplices inmaculatos et insontes predicando puplice ad clerum et populos in gratia Spiritus Sancti ipsum papam urbanum verum vicarium Jehsu christi, ac denegando et Reiciendo Beneficiatos quoscumque qui iam ceperint et acceptaverint et in posterum acceptabunt beneficia et Ecclesias a dicto Antipapa et alia faciendo que inmaculatas et sinceras mentes omnium ad virtutes excitent et ad fidem apud eumdem dominum nostrum Papam et dictum Antipapam abhominabiliter denegando quod si feceritis Regiis et nostris Affectibus complacebitis et erit principium vestri et universalis status mundi pacifici et tranquilli. de sancto vero proposito quod gerit dictus dominus Summus pontifex et quantum disponit succurrere toto corde vestri et aliorum statuum provincie indigentiis ad Repellendum brigas a vobis et prelia et ad conculcandum vipereos filios et erecta fuctilia impiorum. Petrus beriti de Aquis et Stephanus Aymerici de Brinonia Ambassatores et Nuncii dictorum locorum sunt a nobis particulariter informati quibus in hiis que super hoc ex parte nostra vobis oretenus dixerint dabitis plenam fidem. Datum in castro nostro ovi prope Neapolim per virum Nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem magne Regie Curie Magistrum Rationalem vicegerentem prothonotarii Regni Sicilie Anno domini MCCCLXXXIIII die XX° iulii VIJ^{e} indictionis Regnorum dicti domini nostri Regis Anno IIII.

Die XXIJ° dicti mensis iulii eiusdem et ibidem similes facte sunt Baronibus et Nobilibus Comitatuum provincie et forcalquerii fidelibus Regiis et nostris gratiam etc. de Creatione etc. ut supra per totum de verbo ad verbum.

Eodem die eiusdem ibidem similes facte sunt universitatibus et hominibus Civitatum terrarum et castrorum dictorum Comitatuum provincie et forcalquerii fidelibus Regiis et nostris gratiam etc. de creatione etc. ut supra.

XXXI.

Anno 1390. 8 Marzo. 13ª Indizione — Gaeta.

Re Ladislao e sua madre la regina Margarita ratificano quanto in loro nome convenne con la Curia Romana Gentile de Merolinis per i diritti da soddisfare alla stessa, per le bolle spedite al detto re Ladislao.

Registro 1390. B. n. 362. fol. 30.

Ladislaus dei gratia Rex etc. Universis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris. sicut fidos nobis ad nostra gerenda deputamus obsequia, sicut obsequentibus nobis rerum gerendarum libenter imponimus onera sed providere debemus attentius sicque oportune prospicere quod nullum propterea ferant incomodum sed robur obtineat quod per eos nostri parte provisa noscitur esse actum. Sane vir nobilis Gentilis de merolinis de Sulmona legum doctor etc. nuper exposuit, quod ipse de mandato nostro, ac pro certis nostris et dicti regni nostri negotiis pridem infra presentem annum tertie decime Indictionis se contulit apud urbem ad pedes Sanctissimi in Christo patris et Clementissimi domini nostri domini bonifacii divina providentia pape noni sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie summi pontificis et pro expeditione bullarum confectarum super infrascriptis et nonnullis aliis gratiis concessis per dictum dominum nostrum summum pontificem obligavit se, tam procuratorio nostro, quam privato nomine infrascriptis personis sub infrascriptis pactis et pro infrascriptis pecunie quantitatibus videlicet abreviatoribus pro minutis grossatoribus pro grossis camere apostolice pro bulla et parte registri et vicecancellario pro parte eum contingente de registro. primo quidem pro recognitione debiti et contracti per clare memorie dominum regem Karolum tertium reverendum dominum genitorem nostrum pro litteris concessionis dicti regni factis sibi per quondam dominum urbanum papam sextum ascendentis quidam perminutis grossis bulla et registro ad summam trinilium centum florenorum. Item pro litteris concessionis facte nobis per presentem dominum nostrum summum pontificem in aliis tribus milibus centum florenis. Item pro litteris habilitationis nostre et serenissime domine domine Margarite dei gratia regnorum predictorum regine reverende genitricis balie et tutricis nostre illustris ioanne sororis nostre carissime in florenis nongentis, triginta. Item pro litteris baliatus nostri in florenis trecentis. Item pro litteris reintegrationis nostre in florenis triginta novem. Item pro litteris dispensationis super etate in florenis triginta uno. Item pro litteris in quibus continetur quod homagia et sacramenta fidelitatis prestita dicto quondam domino Genitori nostro teneantur in personam nostram in florenis centum quinquaginta. Item pro litteris Coronationis nostre et pro investitura dicti regni in florenis trecentis decem. Item pro litteris absolutionum magnatum et comitum eiusdem regni in florenis sexcentis viginti

et pro certis aliis litteris nos similiter tangentibus in florenis quindecim, que predicte pecuniarum quantitates in unum collecte ad summam florenorum, de auro octo milium quingentorum octuaginta septem ascendere dignoscuntur. Quas quidem pecunie quantitates idem Gentilis nostro et dicte domine Regine Genitricis nostre procuratorio nomine promisit et convenit obligando sollepniter dictam dominam Genitricem nostram et nos ac se ipsum sub pactis et conditionibus infrascriptis dari et assignari integraliter facere nomine et pro parte dicte domine regine et nostro illis personis de quibus supra fit mentio, dictusque Gentilis proprio nomine ex pacto solempni stipulatione vallato promisit et convenit se facturum et curaturum. Ita et taliter quod dicta domina Regina et nos predictas promissiones et obligationes omniaque predicta ratificabamus et approbabamus. Et in casu quo dictus Gentilis predicta non faceret seu predicta domina nostra Genetrix et nos predicta non approbaremus, idem Gentilis esset et remaneret sicut se obligavit in huiusmodi pecunie quantitatibus principaliter obligatus. Et in casu quo predicta domina Regina nostra Genetrix et nos approbaremus predicta Gentilis idem esset liber et absolutus ab omni obligatione suam personam tangente prefataque domina Genetrix nostra et nos dumtaxat remaneremus in huiusmodi florenorum quantitatibus obligati, pro quibus quantitatibus idem Gentilis iam dictam dominam Reginam nostram Genitricem et nos ac se ipsum in casu premisso solempniter obligavit prout in strumentis publicis inde factis ponitur plenius contineri propter quod dictus Gentilis Maiestati nostre supplicavit humiliter ut ratificare premissa per eum quo supra nomine acta et ipsum a predictorum onere et obligatione per eum proprio nomine facta eximere, indempnem servare benignius dignaremur. Nos igitur dignum reputantes et congruum quod quicquid auctoritate nostra gerit effectu vigeat. nec intendentes quod quisquam in nostrorum mandatorum executionibus dampnum ferat. moti quoque predicti Gentilis supplicationibus satis iustis sponte, et ex certa nostra scientia ac cum consensu et auctoritate Reverendissimi in christo patris domini Angeli cardinalis etc. premissas obligationes et promissiones pacta conventiones et omnia alia in premissis et quolibet premissorum per eundem Gentilem quo supra nomine facta et per eum promissa obligata et supplicata, Tenore presentium ratificamus et approbamus, ac rata grata gerimus et accepta, dictumque Gentilem qui se in predictis proprio nomine obligavit ab ipsa sua obligatione liberum esse volumus et in nobis per presentes de dicta certa nostra scientia ac cum consensu et auctoritate premissis assumimus totum onus solutionis huiusmodi pecunie quantitatis. Ita quod nos soli et non dictus Gentilis prescriptis personis ad solutionem predictarum pecunie quantitatum remaneamus principaliter obligati. In cuius rei testimonium et tam dicti Gentilis quam omnium aliorum quorum interest et interesse poterit certitudinem et cautelam presentes litteras exinde fieri et pendenti maiestatis nostro sigillo iussimus communiri. Et quia non est decens quod dictus Gentilis qui in hac parte tangitur corroboraret manu propria factum suum, idcirco ex causa premissa ac etiam propter absentiam de nostra curia dicti logothete et prothonotarii iam dictas presentes litteras nostras per manus viri nobilis Donati de Arecio legum doctoris locumtenentis cancellarii dicti regni consiliarii et fidelis nostri dilecti subscribi fecimus atque dari. quas manu dicti donati subscriptas et datas tanti vigoris esse decernimus quanti si essent manu propria supradicti logothete et prothonotarii, seu prefati Gentilis locumtenentis sui date et subscripte iuxta curie nostre ritum iam dicto ritu et aliis quibuscunque contrariis nullatenus obstituris. Data Gaiete per eundem virum nobilem donatum de Arecio legum doctorem locumtenentem cancellarii supradicti consiliarium et fidelem nostrum dilectum. Anno domini millesimo Trecentesimo nonagesimo. die octavo martii Tertiedecime indictionis. Regnorum nostrorum anno quarto.

XXXII.

Anno 1393. 2 Aprile. 1ª Indizione — Gaeta

Re Ladislao e la regina Margarita sua madre assegnano la dote a Giovanna, sorella e figlia rispettiva, poi regina Giovanna II.

Pergamena isolatamente legata, che fa parte delle pergamene della Sala Diplomatica nell' Archivio di Stato di Napoli.

✠ In nomine Domini Nostri Jhesu Christi Amen. Anno Nativitatis Ipsius Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Tertio. Regnante Serenissimo Domino nostro domino Ladizlao dei gratia Hungarie Ierusalem et Sicilie. Dalmatie Croatie Rame Servie Galicie Lodomerie Cumanie Bulgarieque Rege Provincie et Forcalquerij ac Pedimontis Comite. Regnorum eius anno septimo feliciter Amen. Die Secundo mensis Aprilis Prime Indictionis Gaiete. Nos Jacobus Baraballus et Tucius de Transo de Gaieta Annales Iudices dicte Civitatis Gaiete huius presentis anni prime Indictionis. Jacobus de cosis de neapoli publicus per totum Regnum Sicilie reginali auctoritate Notarius et Testes subscripti, ad hoc specialiter Vocati et Rogati presenti scripto publico declaramus Notum facimus et testamur. Quod predicto die Accersitis nobis predictis Iudicibus notario et testibus et existentibus Ante conspectum Serenissimorum domini et dominarum. Illustris domini Regis Ladizlai predicti dei gratia Hungarie Ierusalem et Sicilie Regis etc. et Serenissime domine domine Margarite eadem gratia dictorum Regnorum Regine Matris Tutricis et Balie eiusdem domini Regis Ladizlai. Necnon Illustris domine domine Johanne eiusdem domini Regis Sororis utrinque coniuncte. In quadam Camera domorum maioris Ecclesie Gaietane habitationis dictorum dominorum. Et nobis existentibus ibidem, dictus dominus Rex Asseruit sponte coram nobis quondam Bone memorie Illustrem dominum Regem Karolum Tertium dictorum domini Regis Ladizlai et domine Johanne genitorem tempore quo vixit habuisse Intentionem et propositum maritandi et dotandi de paragio dictam dominam Johannam natam suam, et dandi sibi in dotem pro maritagio suo florenos de auro Trecentamilia. Et quod dictus dominus Rex karolus ante quam maritaret ipsam dominam Johannam eius natam sicut domino placuit extitit Vita functus Remanente et superstite dicta domina Johanna eius filia in Capillo et in dotata, propter quod dictus dominus Rex Ladizlaus habens affectionem ad dictam dominam Johannam sororem suam et potissime motus affectione fraternali, et zelo et amore sanguinis et progeniei sue, et pro honore domus sue suo proprio motu et ex certa eius scientia ac cum consensu voluntate et auctoritate Serenissime domine domine Margarite matris Tutricis et Balie sue ibidem presentis, et eidem domino Regi Ladizlao coram nobis ad omnia in presenti istrumento contenta, suum consensum et Auctoritatem sponte prestantis, in absentia Reverendissimi in Christo patris et domini domini Angeli, titulo Sancti Laurentii in damaso presbiteri Cardinalis, in Regno Sicilie et Terra citra farum Apostolice sedis legati similiter Balii dicti domini Regis Infirmantis ad presens, sponte coram nobis, non Vi, dolo metu cohactus vel aliter Circumventus Sed eius bona pura mera libera gratuyta et spontanea voluntate, principaliter et proprio nomine de novo promisit et Convenit, ac se solemniter et legitime obligavit sub verbo suo Regali dare assignare et tradere, seu dari, tradi et assignari facere dicte domine Johanne sorori sue ibidem presenti et recipienti legitime et solemniter in dotem et dotis nomine, ac pro dote et maritagio dicte domine Johanne eius sororis florenos de auro Trecentamilia in pecunia numerata, seu bonis stabilibus burgensaticis et feudalibus sub eius

verbo regali, de propriis bonis Seu pecunia dicti domini Regis Ladizlai. Que predicta omnia et eorum singula, dictus dominus Rex Ladizlaus cum consensu et auctoritate qua supra promisit sub verbo Regali et Convenit, et se suosque heredes et bona omnia mobilia et Stabilia burgensatica et feudalia ubicumque et in quibuscumque Consistentia Iura et Actiones habita et habenda presentia et futura et alia cuiuscumque Vocabuli appellatione distincta solemniter et insolidum obligavit, per stipulationem legitimum et solemnem, perpetuo et omni tempore habere et tenere Rata grata et firma, ipsaque Actentere Adimplere et observare, et Contra non facere vel Venire directe vel per oblicuum, ipsaque modo aliquo non Revocare aliqua ratione vel causa publice vel occulte in Iudicio sive extra, per se vel alios eius nomine de Iure vel de facto. Quo quidem contractu sic ut predicitur per me predictum notarium coram dictis dominis et dictis Iudicibus et testibus publice et palam celebrata. dictaque promissione per dictum dominum Regem Ladizlaum ut predicitur facta, et per eandem Dominam Johannam recepta ut supra et stipulata Nos predicti Iudices notarius et testes, ad alios Actus extraneos non divertentes, personaliter Accessimus ad locum Sancti Dominici de Gaeta, Ubi dictus dominus Cardinalis et legatus residentiam facit. Et Invenimus dictum Reverendissimum in Christo Patrem et dominum dominum Angelum, Miseratione divina ut supra Cardinalem et legatum, dicti domini Regis Balium, sistentem in quadam Camera dicti loci Infirmum seu male sanum, coram quo, et in sui presentia lecto, et Recitato, per me predictum notarium, Tenore et Serie de verbo ad verbum predicti contractus et presentis publici Instrumenti. Idem dominus Angelus legatus et Balius ut supra Certioratus et Informatus plenarie de premissis, sponte Coram nobis predictis omnibus et singulis in presenti Istrumento contentis, suum consensum et auctoritatem sponte prestitit pariter et Assensum. In cuius Rei testimonium et dicte Serenissime domine domine Johanne, et eius heredum et successorum, ac omnium aliorum quorum, et Cuius Inde Interest et poterit Interesse Certitudinem et cautelam Rogata fuerunt, per nos de predictis fieri, unum duo et plura publica instrumenta. Quorum confectum est exinde presens publicum Instrumentum, per manus mei notarii supradicti signo meo solito signatum, subscriptione nostri qui supra Iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi Ego predictus Jacobus publicus ut supra notarius, qui premissis omnibus Rogatus Interfui, ipsumque meo consueto Signo Signavi

✠ Ego Jacobus Baraballus Iudex Gayete Iudex interfui et subscripsi.
✠ Ego tucius de Transo Iudex Gayete interfui et subscripsi.
✠ Ego feulus maramaurus de Neapoli miles testi subscripsi.
✠ Ego Raymundus bulcanus de neapoli miles testis subscripsi.
✠ Ego bartolomeus Scannasorice de neapoli testis subscripsi.
✠ Ego Nardus fillicha de nola Iurisperitus testis interfui et subscripsi.

XXXIII.

Anno 1404. 1 Maggio. 12ª Indizione — Napoli.

Re Ladislao spedisce suoi ambasciadori al re di Cipro per ricevere 84 mila ducati, resta della dote di ducati 130mila assegnata alla sua sorella Maria, che era stata menata in moglie da esso re Ladislao.

Registro Angioino 1404. B. n. 367. fol. 9.

Ladizlaus Rex etc. Nobili viro petro macidono de neapoli militi Regni nostri Sicilie marescallo et nostri hospitii Senescallo consiliario et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Significamus tibi quod pridem inter alia pacta habita et firmata inter spectabiles et magnificos viros dominum Johannem de lisignyano Baruti dominum et Johannem babini milites Regni cipri Ammiratum procuratores procuratorio nomine et pro parte Serenissimorum principum dominorum Fani et Eloysie dei gratia Cipri et Armenie Regis et Regine ac Illustris Marie consortis nostre carissime ex una parte et Guillelmum de tocco militem consiliarium et fidelem nostrum dilectum procuratorem procuratorio nomine et pro parte nostra ex parte altera super matrimonium inter nos et dictam Reginam mariam tunc contrahendo et nunc dei gratia consumato habitum et conventum fuit ac per dictos dominum Baruti et Ammiratum procuratores procuratorio nomine et pro parte dictorum Regis, et Regine Cipri sollemniter promissum fuit quod predicti Rex et Regina Cipri dabant et consignabant in dotem et dotis nomine dicte Regine Marie Consortis nostre ducatos auri centum triginta milia in hunc modum videlicet tunc de presenti in manibus dicti guillelmi procuratoris nostri procuratorio nostri nomine ducatos septem milia boni et puri auri iustique ponderis et Recti cunei Veneciarum et in mercibus videlicet in zuccaro zanbelloctis bucrassinis speciebus et aliis rebus valore decemmilium ducatorum certo modo in certis terminis solvendorum ad risicum et fortunam dictorum Regis et Regine Cipri quos dicti Rex et Regina nequiverunt tunc assignare prefato guillelmo procuratori nostro sed illos promiserunt mictere nobis neapolim per totum preteritum mensem augusti anni nuper elapse decime indictionis sicud in eorum licteris nobis missis et penes nos sistentibus hec et alia lucide continentur Et insuper quod Gregorius de negrone civis Janue obligabat se solvere infrascriptas alias pecuniarum quantitates et faciebat instrumentum obligationis solvendi nobis nomine et pro parte dicte Regine consortis nostre a die octavo postquam prefata Regina consors nostra Barolum applicaret per spatium quinque mensium in civitate neapoli vel in terra Baroli aut in Civitate Gaiete ducatos de auro viginti tria milia quingentos cum certis convencionibus atque pactis et quod dicti Rex et Regina ac comestabulus Regni cipri obligabant se ad solvendum nobis vel heredibus nostris aut procuratori nostro in dicta civitate neapolis de dicto preterito mense augusti dicti anni nuper elapse decime indictionis alia triginta milia ducatorum boni et puri auri ac iusti ponderis et Recti cunei veneciarum ratione dotis predicte ac etiam quod dicti Rex et Regina Cipri dabant et consignabant prefate Regine consorti nostre tunc secum neapolim portandam tantam quantitatem auri argenti iocalium margaritarum et lapidum pretiosorum qui factam de illis extimationem debitam per quatuor mercatores expertos et ydoneos quorum duo per utramque partium eligerentur ascenderent ad valorem triginta milium ducatorum auri ponderis et cunei predictorum cum declaratione et pacto quod si dicta iocalia taliter extimanda non ascenderent ad valorem dictorum triginta milium ducatorum illud minime tenerentur prefati Rex et Regina Cipri nobis restituere et solvere per totum predictum mensem augusti dicti anni preterite decime

indictionis que quidem prefate pecuniarum quantitates ascendunt ad summam ducatorum centum milium quingentorum Et nichilominus prefati Rex et Regina Cipri obligaverunt se solvere nobis aut heredibus nostris natis ex dicta Regina maria consorte nostra vel procuratori nostro pro residuo et complemento dicte dotis neapoli Baroli vel gaiete ducatos quindecim milia de mense augusti iam elapso anno dominice incarnationis millesimo quatringentesimo tertio et alios restantes ducatos quindecim milia auri ponderis et cunei predictorum de primo futuro mense augusti presentis anni duodecime indictionis annoque dominice incarnationis Millesimo CCCC° iiij° prout hec et alia in quodam instrumento puplico exinde confecto ac subscriptione manuum propriarum dictorum Regis et Regine Cipri prefateque Regine consortis nostre et dicti domini de Baruto ac adiectionibus penarum et aliis sollemnitatibus et clausulis roborato quod penes nos conservatur et existit plenius et seriosius continentur de quarum prescriptarum pecuniarum quantitatibus et summis ascendentibus ad summam dictorum ducatorum centum milium quingentorum Recepimus in una manu ducatos de auro sexmilia quingentos Et in alia manu ducatos viginti tres milia quingentos Et in iocalibus predictis per mercatores in talibus expertos extimatis ducatos sexdecim milia que quantitates per nos Recepte summam faciunt quatraginta sex milium ducatorum Restantibus ad solvendum nobis per dictos Regem et Reginam Cipri de summa dictorum ducatorum centum milium quingentorum ducatis quinquaginta quatuor milibus quos ad eorum resicum et casum fortuitum nobis mictere promiserunt et sunt exinde specialiter obligati nec non et pro totali pagamento et satisfactione dicte dotis aliis ducatis triginta milibus quos quindecim milia habere debuimus de dicto preterito mense augusti eodem anno dominice incarnationis millesimo quatringentesimo tertio Neapoli Baroli vel Gaiete et Reliquos ducatos quindecim milia de dicto futuro mense augusti eiusdem anni presentis sicut superius continetur que tota predicta pecunie quantitas nobis debita et ad solvendum restans pro totali predicta summa ducatorum centum triginta milium nobis pro dictis dotibus promissorum est ducati octuaginta quatuor milia Noviter autem urgente nos necessaria habitione dictorum restantium ducatorum octuaginta quatuor milium convertendorum in nostris necessitatibus que nobis imminent et incumbunt te de cuius fide probitate legalitate virtutum meritis et conditione laudabili confidimus ab experto Ad partes Regni Cipri et ad presentiam dictorum Regis et Regine Cipri ad sollicitandum missionem dictorum octuaginta quatuor milium ducatorum eosque Requirendum nostri parte de ipsius pecunie destinatione de certa nostra scientia tenore presentium decernimus quam tocius profecturum Quo circa tue fidelitati harum serie mandamus expresse quatenus ad partes dicti Regni Cipri ac ad ipsorum Regis et Regine cipri presentiam te conferens et accedens ipsos Regem et Reginam in secreto vel in testimonio puplico et sub pena in dicto instrumento contenta si expedierit eadem nostri parte sollicites Requiras et Orteris quod dictos ducatos octuaginta quatuor milia boni auri iustique ponderis et dicti cunei Venetiarum restantes per eos nobis ad solvendum ratione et de totali summa dotium predictarum videlicet ducatos sexaginta novem milia ex eis statim post dictam tuam requisitionem et Reliquos ducatos quindecim milia per totum primum futurum mensem augusti dicti presentis anni XII indictionis prout promiserunt et obligati sunt ad eorum risicum et casum fortuitum velint neapolim destinare de qua quidem requisitione fieri facias si oportunum conspexeris instrumentum puplicum per te nobis deferendum pro nostri et quorum intererit certitudine et cautela has nostras litteras magno nostro pendenti sigillo munitas tibi in premissorum testimonium concedentes Datum Neapoli per virum nobilem Gentilem de merolinis de Sulmona legum doctorem etc. Anno domini Millesimo CCCC° iiij° die primo maii XII indictionis. Regnorum nostrorum anno decimo octavo.

XXXIV.

Anno 1404. 1 Maggio. 12ª Indizione — Napoli.

Re Ladislao dà le istruzioni al suo ambasciadore, che manda al re ed alla regina di Cipro per ricevere ducati 84mila resta della dote di sua moglie.

Registro Angioino 1404. B. n. 367. fol. 48 t.

Ladizlaus Rex etc. nobili viro Petro Macidono de neapoli militi nostri hospitii senescallo consiliario et fideli nostro dilecto gratiam etc. Licet tibi per alias nostras litteras seu capitula committamus quod ducatos octuaginta quatuor milia pro quibus te ad serenissimos principes dominum regem Cipri cognatum et fratrem nostrum carissimum et dominam reginam Cipri eius genitricem nobisque honorabilem tanquam matrem presentialiter destinamus in pecunia et non in iocalibus seu rebus aliis recipere debeas nostri parte. Et nihilominus illos nobis deferre ad fortunam et risicum dictorum Regis et Regine. Tamen moti noviter certis considerationibus et causis fidelitati tue harum serie de certa nostra scientia commictimus et adiciendo mandamus, quatenus in casu quo dicti ducati octuaginta quatuor milia in pecunia in totum vel in partem haberi non possent equivalens pretium in iocalibus auro perlis et lapidibus pretiosis, vel zambellettis aut rebus aliis recipere debeas atque possis. Et insuper in casu similiter quo dicti Rex et Regina Cipri prefatam pecuniam seu iocalia et res alias supradictas ad suum risicum et fortunam mictere recusarent, contentamur quod illas ad nostrum risicum et fortunam deferas, ut per hoc habitio ipsius pecunie seu rerum nullatenus differatur vel aliquatenns retardetur. Et nichilominus tibi harum serie de dicta certa nostra scientia potestatem liberam impertimur quod possis et valeas dictos Regem et Reginam Cipri de eo quod receperis ab eisdem nostri parte absolvere quietare ac finaliter et perpetuo liberare. Nos enim quietationem liberationem et absolutionem huiusmodi per te dictis Regi et Regine Cipri, ut predicitur faciendam ex nunc prout ex tunc promittimus et pollicemur habere ratam gratam et firmam, eamque observare et in nullo ei contra facere vel venire, has nostras litteras magno nostro pendenti sigillo munitas tibi propterea concedentes. Datum neapoli per virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem etc. Anno domini MCCCCIIII die primo maii XII Inditionis Regnorum nostrorum anno XVIII.°

XXXV.

Anno 1417. Ultimo di Febbraio. 10ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II presta il regio assenso che Sforza Attendolo disponga de' suoi feudi a favore de' suoi figliuoli e figliuole naturali, ora per sovrana grazia legittimati.

Registro Angioino 1415 n. 372. fol. 23 e 24.

Johanna secunda Regina etc. Universis et singulis presentis indulti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Paterna caritas consilium capit attente pro liberis et dum uni speciali privilegio a beneficiato prospicitur per invictum parentis

affectum alteri beneficialiter compensatur. Sane vir magnificus Sfortia de Actendolis Comes cudignole magnus Comestabulus Regni nostri sicilie collateralis consiliarius et fidelis noster dilectus nostre reverenter exposuit maiestati quod ipse tenore donationis per nos sibi facte et ex aliis iustis titulis atque causis habet tenet et possidet in feudum immediate et in capite a nobis et nostra curia sub certis feudalibus servitiis seu adohis nonnullas terras castra et bona feudalia sitas et positas in dicto Regno nostro sicilie cum castris seu fortellitiis hominibus vaxallis vaxallorumque redditibus feudis feudatariis subfeudatariis iuribus rationibus et pertinentiis earum omnibus, ad illas et illa spectantibus et pertinentibus quovis modo, et nihilominus sperat de aliis terris castris et bonis feudalibus ultra predicta que habet acquirere et habere imposterum domino concedente. In quibus quidem terris castris et bonis feudalibus eo quod in illis vivitur iure francorum in casu obitus dicti magni comestabuli filius suus primogenitus exclusis aliis filiis eum sequentibus et post ipsum genitis est secundum regni nostri sicilie usum et consuetudinem rationabiliter successurus. Et propterea dictus magnus comestabulus sincere et paterne caritatis affectibus erga magnificum et nobiles iuvenes franciscum ariani et apicii comitem primogenitum, et leonum secundogenitum. Johannem tertiogenitum Alexandrum quartogenitum filios , lisam et antoniam filias ipsius magni comestabuli olim naturaliter maculaque illegitime nativitatis aspersos ac per beneficium graciose restitutionis privilegialiter integratos et legitimatos ad legitimorumque comperiantur aductos et natalium splendore lustratos notisque nichilominus considerationibus et causis suam mentem ad id inducentibus inductus disposuit cum nostri assensus et beneplaciti reservatione iuxta ipsorum et aliorum dante domino procreandorum filiorum suorum merita servitia et gratitudines tam prefatas terras castra bona feudalia quas et que immediate et in capite a nostra curia ad presens habet tenet et possidet ut prefertur. quam alias terras castra et bona feudalia per eum dante domino in feudum acquirendas et acquirenda tam inter prenominatos eius filios quam alios eius filios legitimos et naturales utriusque sexus ex suo corpore concedente domino nascituros dividere et distribuere ac portiones ex eis quantas ipse distribuerit iam dictis filiis suis inter viros et in eius ultima voluntate prout magis elegerit et sibi placuerit dividere legare et relinquere donare tradere concedere et assignare tenendas utique et possidendas predictas terras castra et bona feudalia per iam dictos eius filios natos iam et alios in posterum nascituros et eorum et cuiuslibet ipsorum heredis in feudum immediate et in capite a nobis et dicta nostra curia sub predictis feudalibus servitiis seu adohis exinde contingentibus sub quibusvis ipse a nostra curia tenet propter quod ipse magnus Comestabulus nobis humiliter supplicavit ut sibi de prefatis terris castris et bonis feudalibus quas et que habet ad presens et in posterum habiturus est tam inter prenominatos eius filios quam alios suos liberos in futurum nascituros prout et quantum sibi placuerit et videbitur inter vivos vel in eius ultima voluntate divisiones et distributiones faciendas ipsasque terras et bona feudalia dandi legandi et assignandi et concedendi iam dictis suis filiis licentiam et potestatem concedere benignius dignaremur. Nos autem ad iteratas supplicationes huiusmodi equitatis nos abhorrere iudicium et ab umanitate non discrepare naturam precipue quia vetus et comunis faventio equiora respiciens in successione parentum inter filios differentiam non induxit, mota quoque devotis supplicationibus per ipsum magnum Comestabulum nobis in hac parte porrectis quibus annuere instinctu mentis gratitudinis iure teneamur eidem magno Comestabulo quod possit et valeat inter vivos vel in eius ultima voluntate ac prout et quando sibi videbitur et placuerit tam dictas terras et bona feudalia que ad presens habet quam alias et alia quas et que contingerit eum in futurum habere cum, castris seu fortellitiis hominibus vaxallis feudis . . . . subfeudatariis tenimentis territoriis iuribus iurisdictionibus et pertinentiis earum et

eorum omnibus supradictis tam inter dictos eius filios iam natos quam etiam alios suos filios legitimos et naturales ut predicitur nascituros pro se ipsis et eorum ac cuiuslibet iporum utriusque sexus heredibus ex ipsorum corporibus legitime descendentibus natis iam et in antea nasciturís imperpetuum dividere et distribuere ac eis dimictere et relinquere legare donare tradere et concedere et portiones quas ipse distinxerit eorum cuilibet assignate cum debitis et consuetis servitiis seu adohis per ipsorum quemlibet prestandis pro portione que taliter sibi fuerit assignata presentis indulti nostri tenore de certa nostra scientia et speciali gratia prout supplicatio continet petitam concedimus licentiam et facultatem liberam impartimur, dictasque divisiones distributiones legata donationes traditiones et assignationes atque concessiones faciendas per dictum magnum comestabulum inter prefatos suos filios natos et nascituros pro eis et eorum heredibus de predictis terris castris et bonis feudalibus modo premisso ratas et gratas habentes illis quatenus tamen alias rite et proinde fient de dicta certa nostra scientia et speciali gratia assentimur. ipsasque non obstante quod erunt super bonis feudalibus processura feudi quidem non mutata natura ex nunc prout ex tunc , et ex tunc prout ex nunc de dicta certa nostra scientia harum serie ratificamus acceptamus et confirmamus. ac nostre ratificationis acceptationis et confirmationis munimine roboramus nec non et eas iam dictis filiis eiusdem magni Comestabuli ac ipsorum et cuiuslibet eorum heredibus predictis perpetuo prout tanguntur stabiles esse volumus fructuosas inviolabiles et reales ac plenam et omnimodam obtinere omni futuro tempore roboris et efficacie firmitatem. Declarantes presentibus statuentes et volentes de ipsa scientia certa nostra ad supplicationem quidem eiusdem magni Comestabuli quod in casu quo post divisionem distributionem et assignationem dictarum terrarum et bonorum feudalium fiendam per ipsum magnum Comestabulum per portionem inter dictos eius filios ut prefertur aliquis vel aliqui ex ipsis filiis suis vel descendentibus ex eis moriretur seu morirentur quandocumque ab intestato vel ex testamento absque filiis legitimis ex ipsis filiis suis usque in infinitum procreandis eo casu dicte terre et bona feudalia seu portiones ex eis decedentem vel decedentes ex eis si qui fuerint contingentes ad illum ex predictis filiis ipsius magni comestabuli tunc superstitibus et descendentibus ex eis usque in infinitum qui inter eos primogeniture locum obtinebit pro se et dictis suis heredibus libere et sine impedimento quolibet devolvantur, et in premisso casu primogenitus ex dictis filiis eiusdem magni comestabuli seu filiis ipsorum filiorum utriusque sexus descendentium ex eis usque in infinitum succedat et succedere debeat atque possit predictis premortuo vel premortuis in portionibus dictarum terrarum et bonorum feudalium per dictum magnum Comestabulum ut predicitur eis assignandis ac si essent bona paterna et non noviter acquisita etatis et sexus inter eos prerogativa servata. Itaque maiores natu minoribus et mares feminis preferantur et eo casu dicta bona feudalia non immutent naturam feudorum. Volentes nichilominus et presentium tenore de dicta certa nostra scientia declarantes decernentes et iubentes expresse, ac firmiter ad dicte supplicationis instantiam ipsius magni Comestabuli qui in predictis terris et bonis feudalibus prefatorum filiorum eiusdem magni comestabuli eorumque liberorum extantibus , et superstitibus maribus legitimis et naturalibus femine etiamsi primogenite forent et in capillo aliquatenus non succedant, quas ex tunc prout ex nunc, et ex nunc prout ex tunc de ipsa certa nostra scientia et potestate dominica absoluta et ordinata a successione dictarum terrarum et bonorum feudalium ipsis quidem extantibus et superstitibus maribus excludimus specialiter et signanter ipsasque omnibus exclusas esse decernimus, censemus volumus et iubemus. Ita quidem quod. . . . . ipsa in terris et bonis ipsis feudalibus alias succedentes teneantur et debeant in premisso casu iam dictas filias feminas eum nubiles fuerint maritare et dotes de paragio assignare, volentes . . . et declarantes expresse quod si quod absit iam dictos filios eiusdem magni comestabuli.....

nepotes et pronepotes decedere absque mascolina prole legitima et naturali quam..... contingerint feminis ex eis superstitibus femine ipse sive sint filie sive neptes vel . . . . decedentibus predictis succedant et successio ipsa devolvatur eo casu infallibiliter ad easdem . . . . . que de paragio maritate fuerint et dotate. Quos quidem omnes tam silicet ipsius magni comestabuli filios quam supradictos alios in ipsis terris et bonis feudalibus secundum predictum . . . . . successores et eorum heredes predictos, ex nunc prout ex tunc de ipsa certa nostra scientia speciali et motu proprio, ac potestates dominica ordinata, et etiam absoluta, per presentium seriem ad eiusdem successioni compendium iuxta distributiones predictas inter dictos filios ipsius magni comestabuli de prefatis terris et bonis feudalibus per eum ut predicitur faciendas alias modo et forma premissis aptos reddimus habiles ydoneos et capaces. Et eo casu filie vel filiabus neptibus vel proneptibus usque ad infinitum nullum ius debeatur vel aliquatenus sit acquisitum in seu super terris et bonis feudalibus predictis aliqua vel aliquibus earundem extantibus et superstitibus maribus supradictis. legibus constitutionibus capitulis usibus consuetudinibus et aliis quibuscumque legum auxiliis canonicis et civilibus ritibus moribus observantiis ordinationibus et rescriptis contrariis. quos et que in hoc casu de gratiosa specialitate et ex aliis rationibus et causis mentem nostram moventibus predictaque certa nostra scientia ac motu proprio et plenitudine dominice potestatis tollimus et revocamus ac ipsarum et ipsorum vigorem per presentium seriem enervamus infringimus et totaliter annullamus non obstantibus quoquomodo. fidelitate tamen nostra feudalibus quoque serviciis pro dictis terris et bonis curie nostre debitis aliisque nostris et cuiuslibet alterius iuribus semper quoad alia salvis. Ita quidem quod iam dicti filii eiusdem magni comestabuli aut illi ex eis seu ex predictis aliis, ad quos ipse terre et bona feudalia modo predicto pervenerint et eorum heredes utriusque sexus ex ipsorum corporibus legitime descendentes terras ipsas. et bona feudalia secundum declarationes suptus annotatas infeudum in mediate et in capite, a nobis et nostris in dicto Regno Sicilie heredibus et successoribus perpetuo teneant et possideant, nullumque alium preter nos et ipsos heredes et successores nostros in superiorem et dominum exinde recognoscant. Semperque propterea nobis, et ipsis heredibus et successoribus nostris teneantur et debeant de feudalibus servitiis proinde contingentibus, illaque dicte curie post dictam divisionem assignationem et assecutionem pro rata seu portione ipsorum quantumlibet exinde contingente suis vicibus integre solvere seu prestare secundum quod illa dictus magnus comestabulus pro ipsis terris castris et bonis feudalibus que ad presens habet prestare dicte curie tenetur et debet ac debebit etiam in futurum pro bonis ut predicitur per eum acquirendis nec ex divisione ipsa, dicta feudalia servitia nisi ex speciali nostro indulto. precedenti quomodolibet minuantur. Volumus insuper et declaramus expresse quod successuri quilibet ex predictis in prefatis terris et bonis feudalibus teneantur et debeant infra tempus a iure statutum et debitum ad curiam nostram venire, ligiumque proinde prestare in manibus nostris homagium et fidelitatis debite iuramentum debitumque relevium in camera nostra solvere, et se in quaternionibus nostre camere penes nostros thesaurarios cum particulari distinctione terrarum et bonorum feudalium predictorum et contingentis exinde feudalis servitii transcribi facere et particulariter annotari ut tempore quo in dicto Regno nostro sicilie militare servitium. comitibus baronibus et feudatariis aliis dicti Regni generaliter indicetur. per nostram curiam contingat ipsos tamquam novos. ex premissa causa dictarum terrarum et bonorum feudalium possessores et dominos ac contingentis et debiti pro illis dicti feudalis servitii debitores, in quaternionibus ipsis valeant manualiter et habiliter reperiri. Alias autem presentis nostri indulti gratia quo ad deficientem ex eis nullins sit roboris vel momenti. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et nostro magno pendenti sigillo iussimus communiri. Datum neapoli per virum magnificum Fran-

ciscum Zurulum de neapoli, comitem montisauri logothetam et prothonotarium Regni nostri sicilie etc. Anno domini millesimo CCCCXVII die ultimo mensis Februarii decime Indictionis Regnorum nostrorum anno tertio.

H C. R. S. de mandato Reginali — Angelillus.

XXXVI.

Anno 1417. 20 Marzo. 10ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II grata a Leonardo Bruno pe' servigi resile e spezialmente per la sua liberazione, e per quanto à fatto in servizio della cosa pubblica, gli dona in feudo la terra di Ordona in Capitanata.

Registro 1417 n. 374. fol. 12.

Johanna secunda Regina etc. Universis presentis privilegii seriem inspecturis tam presentibus quam futuris Benemeritis principem providere fidelibus etsi gratie plenitudo suadeat, obsequiorum quodammodo gratitudo compellit. Sane actendentes merita sincere devotionis et fidei Leonardi bruni de neapoli dicti Squatri familiaris nostri domestici et fidelis dilecti nec non grata grandia fructuosa et accepta servitia per eum Maiestati nostre in opportuno tempore fideliter ac laudabiliter et prompte prestita et impensa, qui inter adversa et prospera cum dilectionis fervore fidei devotione et vere caritatis ardore suam prosequendo constantiam nunquam se nostris servitiis reddidit alienum, set illis totaliter dedicatur diversis periculis suam personam sincerissima fide disposuit, cuius solerti prudentia, a cunctis nota nostrum felix tractatum liberationis et salutis nostre persone perfectum fuisse dignoscitur in quo equidem pre ceteris aliis nostris subditis et familiaribus preclaram et inconcussam fidem invenimus tempore necessitatis nostre et novercantis fortune inmanitus exacerbantibus stimulis et contra rei puplice Regni nostri et nostrum statum severius defurentis ob que ipsum cuiuslibet specialis nostre gratie dignum et Benemeritum nostra Maiestas et innata clementia non immerito vendicant. dignum est igitur et tenemur ex debito pro tanta fidelitate Conspicua quam ipse leonardus pro salute proprie nostre persone ac Rei puplice Regni nostri Sicilie monstravit ex qua nobis gratissimus presentamus ut aliqua nostra speciali prerogativa et gratia pre ceteris obsequentibus nobis gaudeat pariter et fruatur. hiis itaque in acie mentis deductis statum nostre persone prosperum et felicem ac etiam rei puplice regni nostre predicti concernentibus et aliis considerationibus digne moventibus mentem nostram. hec libenter quin ymmo libentius profecto agentes eidem Leonardo et suis utriusque sexus heredibus natis iam et in antea nascituris ac successoribus imperpetuum Casale seu terram Ordone sitam in provincia Capitinate , Cum Turre seu fortellitio ac redditibus serviciis domibus possessionibus vineis olivetis si qui sunt, terris Cultis et incultis, planis montibus nemoribus pascuis pratis herbagiis Molendinis aquis aquarumque decursibus tenimentis territoriis silvis aliisque iuribus iurisdictionibus et pertinentiis omnibus et singulis ad dictum Casale seu terram spectantibus et pertinentibus quovis modo subscriptis finibus confinatum videlicet cum territorio Civitatis Exstuli ex una parte ex alia parte cum territorio Sancti Spiritus de alamagnis ex alia parte cum flumine mortuo, ex alia parte cum territorio orte et stornarie ex alia parte cum territorio candelari com fabrica Troye cum feudo esculi et cum Bocale et aliis confinibus

si qui sunt veriores in Burgensaticum et burgensaticorum naturam ac francum liberum et exemptum ab omni honere servitutis feudalis servitii redditus sive census non obstante quod hactenus de natura feudali fuerit naturam ipsam feudalem in qua terra seu Casale ipsum ordone cum iuribus et pertinentiis suis omnibus hactenus fuerat tenore presentium de certa nostra scientia ac plenitudine nostre dominice potestatis ac gratia speciali propriique nostri motus instinctu premissis considerationibus in veram náturam Burgensaticorum redducentes et mutantes ac volentes et decernentes expresse quod mutata ut predicitur ipsa feudali natura Casale seu terra predicta ordone ex nunc in antea imperpetuum naturam sapiat bonorum burgensaticorum et non feudalium tenore presentium de certa nostra scientia damus donamus et ex causa donationis proprii nostri motus instinctu liberalitate mera et gratia speciali concedimus gratiose ad habendum tenendum possidendum donandum utifruendum alienandum vendendum donandum permutandum in dotem dandum relinquendum testandum locandum dislocandum dividendum distribuendum ac de eo in toto vel in parte inter vivos vel in eius ultima voluntate libere faciendum et disponendum quicquid Eidem Leonardo eiusque predictis heredibus et successoribus placuerit et melius visum erit tamquam de propriis burgensaticis bonis eorum ac ut veris et integraliter dominis proprietariis et patronis dicti Casalis seu terre ordone ac iurium reddituum proventuum et pertinentiarum eiusdem investientes proinde eumdem Leonardum pro se et dictis eius heredibus et successoribus de presenti nostra donatione concessione et gratia per nostrum Anulum presentialiter ut est moris. Quam investituram vim robur et efficaciam vere realis et corporalis possessionis dicti Casalis seu terre ordone ac iurium reddituum proventuum et pertinentiarum eius volumus et decernimus obtinere volentes et decernentes expresse quod si forte per nos aut predecessores nostros Sicilie Reges de prefato Casale seu terra ordone aliqua donatio concessio alienatio venditio seu quevis alia distractio alicui seu aliquibus facta foret seu contingerit per nos aut heredes et successores nostros imposterum per oblivionem vel quamvis aliam causam aliquo modo fieri Et eum cui concessio facta fuisset vel imposterum fieret quoquomodo possessionem ipsius assequi reali traddicione priorem, per hoc eidem Leonardo et suis heredibus et successoribus nullum preiudicium generetur, quin presens nostre donationis traddicionis concessionis et investiture gratia in suo robore semper duret, si vero quisquam vel alii promissiones quascumque alias a nobis seu divis predecessoribus nostris Sicilie Regibus et quascumque licteras exinde quantumlibet privilegiatas habentes eundem leonardum vel eius heredes et successores in preoccupatione captione seu receptione possessionis Casalis eiusdem et pertinentiarium eius quavis preventione seu solertia vel taciturnitatis astutia perpera fortasse pretenderent. Nos captionem et ademptionem possessionis huiusmodi preoccupanti seu adipiscenti nullum ius actribuere volumus. nec ipsi leonardo aut eius predictis heredibus et successoribus quoad venturam et realem assecutionem Casalis seu terre iam dicte preiudiciale aliquod dispendium generare. Quin ymmo pro habundatioris cautele suffragio preoccupatione ademptione et captione possessionis huiusmodi si quam per quempiam alium quam dictum leonardum vel eius heredes et successores fieri taliter contingerit ut prefertur ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc vacuas irritas fore decernimus et inanes efficientes auctoritate presentium et effectas de certa nostra scientia declarantes prefatum leonardum eiusque heredes et successores in reali assecutione Casalis iam dicti ordone et possessionis eiusdem ceteris potiores non obstantibus quibuscumque nostris et nostrorum predecessorum donationibus concessionibus venditionibus et distributionibus aliis quibuscumque nostris et nostrorum predecessorum donationibus concessionibus venditionibus et distributionibus aliis quibuscumque personis factis generaliter aut specialiter vel per heredes et successores nostros forte imposterum faciendis de dicto Casali seu terra ac territorio et pertinentiis

eius nec non nostris et predecessorum nostrorum licteris privilegiis et rescriptis concessis eisdem vel imposterum concedendis per heredes et successores nostros et eos sub quacumque forma vel expressione verborum et pro quantumvis favorabilibus causis etiam si contineatur in illis quod ceteris concessiones donationes venditiones aut promissiones habentibus in assecutione ipsius debeant auferri et capiendi auctoritate propria ipsum Casale seu terram habeant potestatem vel quantumcumque seu qualicumque alia prerogativa sollempnitate verborum quo ad hoc fuerint communite. Nos enim ipsa privilegia licteras et rescripta et quodlibet eorum quo ad presentis nostre donationis et concessionis obstaculum de ipsa certa nostra scientia tollimus ac viribus et efficacia vacuamus, Etiam si de illis de verbo ad verbum vel aliqua eorum clausula esset in presentibus specialis et expressa mentio facienda, volentes nichilominus et decernentes etiam quod in presenti nostra donatione concessione et gratia intelligantur omnes clausule necessarie et oportune que in donationibus ac privilegiis catholicorum principum exprimi et apponi solite sunt et debent. Quibus quantum ad presentem nostram donationem et concessionem hic haberi volumus pro sufficienter expresse ac si forent in illis distincte et particulariter annotate. Itaque ex aliquo defecto nullum recipiant impugnationis aut irritationis obstaculum vel contrarietatis anfractum. In cuius rei testimonium presentes nostras litteras exinde fieri fecimus et magno pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Castro novo neapoli per manus nostre predicte Johanne Regine Anno domini millesimo quatringentesimo decimo septimo die vicesimo nono mensis marcii decime Indictionis Regnorum nostrorum Anno Tertio.

XXXVII.

Anno 1417. 8 Aprile. 10ª Indizione — Napoli.

Giovanna II spedisce suoi ambasciadori al Concilio di Costanza.

Registro Angioino 1417. n. 374. fol. 307 t.

Johanna secunda Regina etc. Universis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem. Quod nos confise de fide prudentia sollecitudine et legalitate Reverendi in Christo Patris francisci episcopi melfiensis et magnifici ac nobilium et egregiorum virorum urbani aurilie militis Regni nostri sicilie marescalli Johannis Crispani de neapoli et francisci de salimbenis de genis legum doctorum oratorum consiliariorum fideliumque nostrorum dilectornm ipsos pro nonnullis nostris negotiis et agendis ad presentiam sacrosancti Constantiensis concilii sanctissimique domini nostri domini futuri summi pontificis et ad nonnullas alias mundi partes presentialiter destinavimus. Quapropter serenissimos et illustrissimos principes duces Reges et Reginas illustresque dominos duces comites Barones Marchiones Illustriaque et magnifica dominia et comunia seu comunitates vel populos nec non et Reverendissimos Reverendos et venerabiles in Christo patres dominos prelatos universosque amicos et devotos nostros actente rogamus officialibus vero et subditis nostris quibuscunque mandamus expresse quatenus eisdem dominis et amicis et devotis nostris nostri contemplacione benigne placeat dicti autem officiales et subdicti nostri ob nostri reverentiam velint et debeant eosdem oratores et consiliarios nostros in eorum

accessu mora transitu recessu et redditu una cum eorum hominibus familiaribus rebus et bonis suscipere et habere propensius recommissos ac tractare tractarique facere et mandareque permittere que et libere sinere eos cum predictis eorum hominibus familiaribus balistis equis arnesis rebus et bonis quibuscumque ire transire et reddire absque passagii dacii cabelle pedagii et vectigalis aliorumque quorumcunque iurium solutione quacunque at eis si opus fuerit de condecenti comitiva seu scorta vel demonstratione viarum de loco ad locum providere seu provideri facere et mandare ut exinde preter et ultra gratiarum uberrimas actiones eisdem dominis ac amicis et devotis nostris teneamur ad similia et maiora dicti vero officiales et subditi nostri possint de obedientie promptitudine merito commendari. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri et magno nostro pendenti sigillo iussimus communiri. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne regine. Anno domini MCCCCXVII die octavo mensis Aprilis X Inditionis Regnorum nostrorum anno tertio — Angelillus.

XXXVIII.

Anno 1417. 30 Giugno. 10ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II dice iniqua la sentenza che condannò a morte Pandolfello Piscopo, e perciò la dichiara nulla, ed ordina che col suo processo sia distrutta.

Registro Angioino 1417. n 374. fol. 34 e t.

Johanna Secunda Dei gratia Regina etc. Universis et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris. sicut de delinquentibus iustitiam fieri iura queque proclamant sic et singula que inique sunt iniusteque acta nulla decerni per principem ac revocanda fore per eum nulla iura neque sanciones alique contradicunt qui dum veritatem diligunt deo quidem placent et opus in subditis placide et sonore commendationis exercent. Sane licet post ingressum et adventum ad civitatem nostram Neapolis Serenissimi principis domini Regis Jacobi viri nostri datum fuisset intelligi ac inique et dolose reseratum eidem viro nostro Quod condam vir magnificus pandolfellus piscopus de Neapoli magnus camerarius Regni nostri Sicilie collateralis consiliarius et fidelis noster dilectus quem tunc temporis idem vir noster in castro nostro novo Neapolis detrusum carceribus preter et contra omnem nostram voluntatem invenerit nonnulla contra honorem et statum nostrum et dicti viri nostri actentare et commictere presumpserat in crimen lese maiestatis et alias penas reales et personales incidens prefatus vir noster detractoribus et oblocutoribus talibus fidem prebens predictum pandolfellum magnum camerarium in castro nostro ovi prope neapolim certo tempore captivum detineri iussit et ibidem graviter tormentari mandavit et fecit contra debitum rationis. Et demum ipsum ad magnam Curiam magistri iustitiarii Regni nostri Sicilie destinans commisit et iussit dicto magistro iustitiario vel eius locumtenenti et iudicibus curie supradicte ut contra ipsum condempnationis sententiam fulminarent. Postque recepta ratificatione taliter qualiter per Curiam ipsam seu per dictum magistrum iustitiarium vel eius locumtenentem et unum tantum ex iudicibus dicte Curie a dicto magno camerario ut ponitur facta que viridice non processit nec facta fuit de mandato et speciali commissione dicti viri nostri et absque aliqua nostra conscientia et iussione

contra et adversus dictum magnum camerarium nullo processu veridico facto. idem magnus camerarius fuit per curiam ipsam de facto ad mutilationem capitis finaliter condempnatus fuitque per Curiam predictam decretum magnum camerarium predictum fuisse reum criminis lege Regie et nostre maiestatis et in penam publicationis et confiscationis bonorum suorum omnium mobilium et stabilium burgensaticorum et feudalium ac privationis dicti officii magni camerariatus aliorumque honorum et dignitatum incidisse bonaque predicta ex premissis causis fuisse de iure fisci Regii et nostri comodis applicata sicut in sententia contra dictum magnum camerarium lata et actis dicte magne curie hec et alia dicuntur plenius contineri. Cuius sententie vigore Eidem pandolfello caput extitit mutilatum. Nos autem que ideo presidemus populis et veritatem et iustitiam deo utique et cunctis indicibiliter placidam inter cetera diligamus. volentes male acta in ea qua possumus parte corrigere. et saltem si non vita mortuorum tamen famam et memoriam per veri essentiam integrare ac etiam ut aliorum sequi non videamur errores qui dum eis cum causa exigit non resistitur verisimiliter approbantur tenore presentium de certa nostra scientia proprio nostro motu declaramus et declarando decernimus prefatum condam magnum camerarium dum vixit semper nostrum fuisse fidelem nobisque in cunctis adversis et prosperis cum omni fide devotione et prompta constantia servivisse ac cuncta semper egisse nil de contingentibus commictendo que nostrum et rei puplice Regni nostri Sicilie concernerunt honorem comodum atque statum nichilque ullo unquam tempore contra nos honorem et statum nostrum predictum sive contra dictam nostram rem puplicam effectu verbo vel opere commisisse nec aliquem sive aliquam ullo unquam tempore actentasse per se versus ipsas personas aut alium vel alios sui parte per quod seu que crimen lese nostre maiestatis. sive alias condempnationes vel penas reales vel corporales aut bonorum suorum predictorum officii honorum dignitatum quarumvis aliarum privationem potuisset seu debuisset quomodolibet incurrisse. Quin ymmo de dicta scientia certa nostra et proprio motu similiter decernimus et declaramus prefatam sententiam contra ipsum latam et omnia exinde sequuta fuisse nullam et nullius roboris vel momenti existere ac ipsam sententiam contra et adversus eum ipsiusque res et bona fuisse et esse inique dolose et iniuste promulgatam latam et actentatam ac promulgata lata et actentata. Ipsumque animose et contra omne ius iustitiam et veritatem ac preter omnem nostram notitiam et conscientiam fuisse ad mutilationem capitis condempnatum nec ipsum privandum extitisse occasione obiectorum contra eum bonis officio honoribus et dignitatibus quibuscumque. Et nichilominus prefatam sententiam contra ipsum magnum camerarium latam et omnia adversus eum actentata per supradictam seu per quosvis alios quacumque auctoritate seu dignitate fungentes earumdem tenore presentium de ipsa certa nostra scientia et proprio nostro motu revocamus irritamus caxamus et annullamus ac pro nullis caxis et irritis ex nunc in antea haberi teneri et reputari volumus decernimus et censemus et tamquam nulla caxa et irrita de actis dicte magne Curie deleri iubemus et cancellari ac penitus extirpari. Itaque in actis ipsis ullo unquam tempore nichil reperiri possit aut valeat de predictis dictique condam magni camerarii famam et memoriam ac bona per nostre plene et gratiose restitutionis beneficium integramus ad eius heredes successores et posteros singulos transfundendas seu transfundenda nec non et ipsum in quibuscumque scripturis et causis aliis magnum camerarium dicti Regni iubemus et volumus nominari. Jam dicta sententia contra ipsum magnum camerarium ut predicitur lata ac aliis quibuscumque legibus constitutionibus capitulis ritibus moribus observantiis consuetudinibus et Rescriptis quomodocunque et qualitercunque contrariis premissisque adversantibus contrariantibus vel in contrarium loquentibus aut aliter disponentibus quovis modo quas et que si et in quantum presentibus forsan obsisterent de ipsa scientia certa nostra motuque proprio et reginali potestate revocamus annullamus et tollimus non obstantibus

quoquomodo. Ecce namque supradicto magistro Justitiario eiusque locumtenenti et iudicibus dicte magne Curie presentibus et qui pro tempore fuerint harum serie de dicta certa nostra scientia damus expressius in mandatis quatenus processum omnem habitum et sententiam predictam contra et adversus predictum condam magnum camerarium latam et omnia exinde secuta de actis dicte magne Curie cancellent deleant et annullent. Itaque nulla in actis dicte curie notitia vel mentio haberi ullo unquam tempore valeat de eisdem. In quorum omnium testimonium fidem perpetuamque memoriam presentes licteras exinde fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per virum magnificum Franciscum Zurulum comitem Montisauri logothetam etc. Anno domini MCCCCXVIJ° die ultimo mensis Junii decime Indictionis Regnorum nostrorum anno tertio — De mandato Reginali — Angelillus.

XXXIX.

Anno 1417. 8 Luglio. 10ª Indizione — Napoli.

Capitoli che la regina Giovanna II stabilisce con Fabrizio di Capua, che spedisce fuori regno per condurvi il Duca d' Angiò.

Registro Angioino 1417. n. 374. fol. 31 e t.

Johanna secunda Regina etc. Universis et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem quod pridem inter Maiestatem nostram ex una parte et virum nobilem Frabitium de Capua ex altera inita habita et firmata fuerunt certa Capitula tenoris et continentie subsequentis. patti et Capituli firmati intra la Serenissima dompna Regina Johanna secunda etc. dalluna parte et Fabritio de Capua dallauta et primo Fabritio deve andare foro dello reame loquale deve essere conducto et accompangiato per soa securita da Misser Christoforo Gaytano da fora delli confini dello reame in loco securo et in soa potesta per la via de Campangia o de Maretima loquale Fabritio pocza caczare con ipso coniunctim vel separatim ad soa petitione in plu et plu fiate dum tamen infra lo templo che ave Fabritio adensire dallo reame da fi ad summa de' cavalli centocenquanta et peduni sexanta vel infra armati o dissarmati Item lo dicto Fabritio nanti che ensa dello reame firmati li presenti Capituli debia iurare homagio ligio et fidelitate in forma consueta et debita secundo laltri signori dello reame in mano dello procuratore della prefata Maiesta in Morrone Et che per quisto sacramento lo dicto Fabritio non sia tenuto de venire alli comandamenti della dicta Maiesta ne altramenti hobedire ultra la contenentia delli presenti capituli liquali ipso sia tenuto de observare como ad ligio et fedele vassallo della Maiesta. Item lo dicto Fabritio stando da fore dello reame per nullo tempo degia tornare scusa licentia speciale et comandamento della dicta Regale Maiesta non se conducera collo Duca de Angiu. Item stando lo dicto Fabritio da fore dello reame secundo e dicto de sopra non farra per ipso ne per soa gente guerra noxia ne novita alla dicta Maiesta ne ad soi vassalli subditi et fedeli salvo se per la dicta Maesta fosse Mandato ad fare guerre in contra ad quilli colli quali fusse conducto lo dicto Fabritio da fore lo reame quo casu allo dicto Fabritio sia licito de fare guerra da fore dello reame tamen ad quilli chelli andarando contra. Item che lo dicto Fabritio havuti per mano de soy procuratori mille et cento ducati li quali pagara la dicta Maiestate

et pilliara le actioni de ducati Mille et octo che lo dicto Fabritio deve avere da Marino della Lagonessa sia tenuto infra termine de vintiquinque di o mino ad soa petitione partirese da Morrone et infra die octo vel infra ultra li dicti vinticinque di andaresende de fore dello reame. Item sia licito allo dicto Fabritio poteresenne annare senza la compagnia dello dicto messer Christoforo per quillo loco dello reame chelli serra de placere puro che infra lo termine delli dicti vinticinque di sia partuto da Morrone et infra octo di sia fore dello reame computando da quillo di chesse partera. Et de questo lo dicto Fabritio debia havere uno salvo conducto dalla Maiesta de Madamma in bona et cauta forma nanti tempo ad soa requisitione o de soi procuratori. Item lo dicto Fabritio se obligara servare li presenti capituli in tutto et in parte ad pena de ducati sei milia et darranne ydonea et sufficiente prigirria la quale prigirria se debia dare nanti chesse segellano li dicti capituli. Item che la dicta Maiesta de Madamma tracte lo dicto Fabritio stando in nello reamo per li soprascripti iorni como sou fidele da poi che averra iurato omagio et similimente soi fillioli mullieri vassalli la terra et lo castello de Morrone et quilli chence starrando che nolli dia nelli facza dare impaczo nullo da persona nulla ne consentire chelli sia dato etiam dopo che Fabritio starra et sera da fare dello reame. contra lo debito della rasone. Item che la colta de Morrone che e unce tre per colta sia diminuita uncia una resta et ad uncie dui tantum per ciasque de una culta viro che Fabritio page ducati cenquanta alla dicta Maiesta. Item la Maiesta de Madamma gratiosamente dona et remmecete ad Morrone per quisto presente anno cio e colta una de quelle chesse hanno devute pagare per lo passato, videlicet de quisto anno. Item lo dicto Fabritio agia la capitania de Morrone per dui anni et deinde ad beneplacitum della Maiesta de Madama cum potestate substituendi commo sanno da quillo di chesse sigillarando li capituli. Item che la Maiestate de Madamma facza fare una patente allo dicto Fabritio che chiunque havesse havuta della roba soa et per soa bona vollia le la volesse rendere o fosse alcuna persona chelli volesse donare cavalli aine o altra roba chilli sia licito et nolli sia contradicto. Item che la Maiesta de Madamma facza fare una remissione allo dicto Fabritio ad soi vassalli familli sequaci servituri subditi et sodati de omne delicto culpa offesa reale et personale che fosse stata commessa per fi allo di delli presenti capituli pro ipso Fabritio per li dicti soy vassalli famellia et sequaci servituri subditi et sodati che non possano essere constricti ad emena nulla ne anco ad nulla pena reale o personale anti li sia perdonato remisso et relapsato et factali la remissione in debita forma et cauta et curie consueta ad consilium sapientie. Item che tucti quilli che andassoro con Fabritio et lassassoro Mullieri filiolli et familia o altra roba che degiano essere tractati como ad fideli della Maiesta et nolli sia facta noxia offensa ne novita ne ipsa Maiesta consenta chelli sia facta. Item che lo dicto Fabritio possa scrivere alla molliere ad soy procuratori officiali locumtenenti et vassalli et cosi la Molliere et li predicti ad ipso de tucti li facti occurrenti chelli serra debisogno non contra lo stato della Maiesta de Madamma. Item lo dicto Fabritio pete per observatione delli presenti capituli sopra omne altra cautecze haverene la permissione dalla Maiesta de Madamma et dello gran Comostabulo in forma cauta et valida. Datum in castro novo Neapolis sub anno domini Millesimo quatringentesimo decimoseptimo, die decimoseptimo mensis Junii X^e^ Indictionis. I. regina Tenor cuiusdam alterius capituli aditi talis est hoc est quoddam capitulum decretatorium seu aditum super capitulis pridem habitis et firmatis inter sacram reginalem Maiestatem serenissime Principisse et domine domine Johanne secunde Dei gratia Hungarie Jerusalem et Sicilie Regina etc. ex una parte et virum nobilem Fabritium de Capua ex altera. Abenga Dio che intra predicti capituli se contengia che Misser Christoforo Gaytano item degia accompangiare lo dicto Fabritio de Morrone et fi alli confini dello reame alloco securo et de soa liberta o vero dove lo dicto Fabritio non volisse andare colla compangia

dello dicto misser Christoforo ipso Fabritio possa ensire dello reame per quella via chelli sera de placere et insire da fore dello reame collo dicto misser Christoforo sensa ut supra infra termine de octo di computando da quillo di chesse partera da Morrone secundo lo tenore delli predicti capituli etc. Tamen che porria intervenire che lo dicto misser Christoforo per alcuni impedimenti et occasioni non porria ad requesa dello dicto Fabritio accompangiarelo fore dello reame secundo innelli dicti capituli se contene le predicte parti so venute ad questa decretatione et conventione videlicet che in casu che lo predicto misser Christoforo ad requesta dello dicto Fabritio non volesse o potesse accompangiare lo dicto Fabritio da fore delli confini dello reame secundo lo tenore delli dicti capituli lo gran Comostabulo trovandose da Ciperano in qua degia mandare ad requesta dello dicto Fabritio ad Morrone ad accompangiarelo da Morrono per fino in fore alli confini dello reame secundo lo tenore delli predicti capituli duy delli infranominati septe homini de arme ad electione de ipso gran Comostabulo videlicet Misser Petro de misser Antoni Misser Lenci de Misser Antoni Rudolfo Castracani Nanni de Misser Spinello Rampino da Padua lo Russo Ceppagacta et Damiano della cava nec non delli infradicti dece gentili homini de Napoli similiter ad electione dello gran Comostabulo videlicet. Battisto Capece Raymundo Cristiano lo Russo Gaytano Carluczo dello Doce, Carrafello, Misser Antonello Pulderico Misser Petrecone Caraczulo Georgio de Toralto Brancaczo de Brancaczi Et in caso che lo dicto Fabritio non volesse annare colli sopradicti homini de arme et anque gentile homini napolitani como e dicto de sopra et volessesenne annare fore dello reame in compangia de misser ser Janni Caraczulo o vero de Antonello della Racta, che la dicta Maiesta sia tenuta ad requesta dello dicto Fabritio de mandare uno delli predicti duy lo quale placera alla dicta Maiesta daccompangiarelo per fi fore allo confine dello reame. secundo lo tenore delli dicti capituli. In cuius rei testimonium presens capitulum exinde confectum est sigillatum secreto Anulo reginali eiusque propria manu subscriptum. Datum in castro novo Neapolis, die ultimo mensis Junii X° indictionis. J. regina. Et quamvis intentionis nostre sit prefatas conventiones pacta et Capitula eidem Fabritio inviolabiliter observare et facere observari tamen ad maiorem certitudinem securitatem et cautelam dicti Fabritii tibi precipimus de certa nostra scientia ac sub verbo et fide regalibus promictimus et firmiter pollicemur prefatas conventiones pacta et capitula et omnia et singula contenta in illis iuxta earumdem continentiam et tenorem inviolabiliter observare et facere observari Fabritio prelibato aliisque in dictis capitulis declaratis pure simpliciter et bona fide. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri et magno nostro pendenti sigillo iussimus communiri. Datum in castro nostro novo Neapolis per manus nostri predicte Regine Johanne. Anno domini Millesimo CCCCXVIJ. Die octavo mensis Julii X° Indictionis Regnorum nostrorum Anno Tertio — Angelillus.

XL.

Anno 1417. 21 Luglio. 10ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II per sollevarsi dalle occupazioni dell' amministrazione del regno, e per occuparsi de' propri affari e curarsi la salute, ne' mesi estivi di questo anno affida il governo al suo Consiglio, il quale reggerà in Castel Nuovo ne' giorni di Lunedì, Mercoledì, e Venerdì di ciascuna settimana.

Registro Angioino 1417. n. 374. fol. 96.

Johanna Secunda Regina etc. Universis presentis edicti seriem inspecturis tam presentibus quam futuris Inter desideria cordis nostri quibus bonum omne diligimus et rei puplice comoda peramamus, Illud precipue semper attendimus ut fidelibus nostris quorum necessitates ex nostre presidentie debito tenemur prospicere ipsorumque depressiones et incomoda removere quacumque obsistente causa audientiam minime denegemus. Sane de persone nostre salute a qua profecto tota Regni et fidelium salus pendet. hoc presertim extivo tempore curam preceteris anni temporibus habentes precipuam de assistentium nobis medicorum consilio mature providimus hiis diebus canicularibus et usque per totum instantem mensem Augusti presentis anni decime indictionis vitam quietam ducere et propriis etiam intermissis negotiis a cunctis occupationibus nos eximere ac agendorum quorumlibet prosecutionibus tediosisque laboribus preservare sicque in subditorum nostrorum supplicationibus petitionibus et querelis nequeuntes propterea personam nostram comode exhibere presentis Edicti nostri tenore statuimus et iubemus quod omnes et singuli oratores Sindici procuratores et negotiorum gestores Magnatum et procerum ac Universitatum Civitatum terrarum castrorum et locorum dicti Regni alieque persone cuiusvis status gradus et conditionis existant ad nostram Curiam confluentes pro causis et negotiis quibuscunque tribus diebus in ebdomada Lune scilicet Mercurii et Veneris coram deputatis de nostro consilio in castro nostro novo neapolis ubi personaliter residemus se debeant presentare ipsorumque petitiones supplicationes et querelas ac gratias quascumque continentes porrigant et exponant prout elegerint et expedierit oretemus vel inscriptis nos enim dicto nostro consilio in huiusmodi expeditionibus et executionibus debitis faciendis commissimus vices nostras ut autem presens nostra ordinatio in notitiam deveniat singulorum presentes licteras pendenti nostro Sigillo munitas valvis affigi fecimus castri nostri novi predicti.

Datum Neapoli per virum Magnificum Franciscum Zurulum de Neapoli Comitis Montisauri logothete et prothonotarii Regni nostri Sicilie Collateralis Consiliarii et fidelis nostri dilecti Anno domini Millesimo CCCC°XVIJ° Die Vicesimo primo mensis Julii decime Indictionis Regnorum nostrorum Anno Tertio.

H. C. R. Robertus.

XLI.

Anno 1417. 2 Ottobre. 11ª Indizione — Napoli.

Giovanna II spedisce Francesco de Riccardis maresciallo del Regno, in qualità di suo procuratore speciale per trattare la lega con Carlo Malatesta, co' fratelli di costui e con Ludovico Migliorati.

Registro Angioino 1417. n. 374. fol. 136 t. 137.

Johanna secunda Regina etc. Universis et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris. Notum facimus per easdem. Quod nos confise de fide prudentia sufficientia et legalitate viri magnifici francisci de Riccardis de ortona militis Regni nostri sicilie marescalli consiliarii et fidelis nostri dilecti, eumdem Franciscum valentem petentem et acceptantem ac omnis infrascripte procurationis legationis et potestatis in se sponte suscipientem, nostrum verum legitimum generalem et irrevocabilem procuratorem oratorem actorem factorem et subscriptorum negociorum gestorem ac certum et indubitatum nuncium specialem et quocunque alio nomine de iure melius censeri et nuncupari potest et debet ad infrascripta omnia tenore presentium de certa nostra scientia constituimus et fiducialiter ordinamus ad eundum et se personaliter conferendum ad presentiam magnificorum virorum domini Caroli de Malatestis et fratrum ac ludovici de melioratis militis et cuiuslibet vel alterius ipsorum et cum eisdem dominis de Malatestis vel aliquo eorum pro se et aliis eius fratribus ac cum dicto ludovico de melioratis ad honorem sacrosancte Romane Ecclesie et sanctissimi domini nostri domini futuri summi Pontificis ac conservationem et defensionem status ipsius sacrosancte Romane Ecclesie et dicti domini futuri summi Pontificis, ac prefatorum dominorum de Malatestis et ludovici et nostri inhiendum faciendum et contrahendum ligam confederationem et unionem seu pactiones et conventionem pro eo videlicet tempore et cum illis pactis conventionibus et capitulis ac modis et formis qui et que prudentie et discrectioni prefati francisci oratoris commissarii et procuratoris nostri melius visum erit et prout cum eisdem dominis de Malatestis pro se et prefatis aliis eius fratribus ac prefato ludovico de melioratis se poterit melius convenire et etiam concordare. Exindeque in premissis fieri faciendum et rogandum ac recipiendum et dandum pacta conventiones et capitula seu instrumentum vel cautelas et scripturas alias ad cautelam utriusque partis in talibus necessarias et etiam oportunas. Et generaliter et specialiter omnia alia et singula in premissis et quolibet premissorum ac dependentibus emergentibus et cognexis ex eis agendum gerendum dicendum faciendum et procurandum que sue prudentiae videbuntur. In premissisque fuerint expedientia necessaria et pariter oportuna et quilibet verus et legitimus orator commissarius et procurator omni ad predicta potestate suffultus facere potest et debet et que nosmet faceremus facereque possemus et deberemus si premissis omnibus personaliter interessemus, etiam si talia forent que mandatum magis propterea speciale. commictentes eidem francisco commissario oratori et procuratori nostro in premissis et circa premissa ac dependentibus emergentibus et cognexis predictis totaliter et plenarie vices nostras. Promictentesque earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia sub verbo et fide regalibus firmiter pollicentes habere ratum gratum et firmum omne totum et quicquid in premissis et circa premissa per eundem commissarium et procuratorem nostrum agetur et fiet, idque observare et in nullo contrafacere vel venire ymmo si opus fuerit confirmare et de novo concedere per nostras licteras et privilegia

oportuna, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum presentium et etiam futurorum. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri et nostro magno pendenti sigillo iussimus communiri. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini Millesimo Quadringentesimo septimo decimo. die secundo mensis octobris undecime Indictionis Regnorum nostrorum Anno quarto. Angelillus.

XLII.

Anno 1318. 9 Settembre. 12ª Indizione — Napoli.

Giovanna II impone una colletta nel Regno per le spese della sua incoronazione e del censo che deve pagare alla Curia Romana.

Registro 1415. n. 372. fol. 104.

Johanna Secunda Regina etc. Nobili Viro Nicolao de fra Marino de Summa de neapoli Militi Commissario deputato per nos in provincia Terre laboris et Comitatus Molisii pro presenti anno duodecime indictionis familiari et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem, Si pro nostris necessitatibus a nostris subditis ex quadam insita nobis fiducia in casibus subventionem exposcimus, tanto magis quod nobis de iure poscendum permictitur ab eis cum casus exigit cum maiori fiducia postulamus. Sane quot hactenus ut Regnum nostrum Sicilie tenere in quiete possemus vias et modos exquisiverimus quotque subierimus ac de causa expensarum profluvia, nedum nostri fideles novere Regnicole si id notum ad partes exteras non ambigimus devenisse. Cuius quidem Regni quietem ac nostrum et eius prosperum statum quem multi perturbare conantur a felici assumptione nostri Regalis diadematis dependere a diu noscentes pro eius obtentu semel et pluries diversos nostros oratores et nuncios tam apud constanciense Concilium quod in alamanie partibus diu tentum extitit et ad Reverendissimos in Christo patres dominos Cardinales sacri Collegii eis vicibus constancie commorantes Romana tunc ecclesia pastore carente, quod post felicem creationem Sanctissimi in Christo patris et clementissimi domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti ad summi pontificatus apicem ad ipsius domini nostri sacros pedes almamque presentiam destinavimus, et pro ipsorum expensis aliisque causis satis arduis a pretacto negotio dependentibus quot sumptus fecerimus, quantamque pecuniam expenderimus si hic vellemus inserere posset faciliter audientium animis fastidium generare, Verum quia dictum felix dyadema per manus apostolici commissarii huc venturi de proximo prestolamur. In cuius assumptione et pro tam celebris festivitatis celebranda solempnitate ac etiam pro solucione census per nos pro dicto regno nostro Sicilie apostolice camere debiti in cuius solucione ex nunc in antea non possumus deficere set eius maiorem partem tenemur celeriter solvere oportebit nos pecunia iam ex premissis causis et aliis causis exhaustas sumptus subire multiplices in quibus supportandis nostre non possent facultates sufficere nisi per fideles nostros Regnicolas nobis una impendatur subvencio quam ab eis in huius nostre future coronacionis causa de iure possumus postulare. Ad cuius solucionem eo quod est unus de casibus in quo nobis dicta debetur de iure subvencio fideles nostros predictos ex eorum fidelitatis promptitudine certe sumus promptos et ylares se prebere. Cumque ipsius subvencionis habicio propter causas premissas moram non exigat nec re-

quirat, Te de cuius fide prudentia probitate et legalitate plene confidimus Commissarium in dicta provincia terre laboris et Comitatus Molisii super ipsius subvencionis recollectione de certa nostra scientia tenore presentium fiducialiter deputamus Quocirca tue fidelitati harum serie precipimus quatenus statim receptis presentibus ad dictam provinciam personaliter conferens Universitatibus et hominibus Civitatum terrarum castrorum et locorum dicte provincie tam demanialium et particularis nostri dominii quam Ecclesiarum prelatorum Comitum et baronum iamdictam subvencionem unam ad summam unius collecte generalis ascensuram pro dicta felici coronacione nostra imponas, et eos ad illam prompte ilariterque solvendam suasionibus tuis ac verbis amenis et placidis dans eis intelligere quod in hoc casu dicta subvencio per eos nobis de iure debetur moneas et inducas factaque per te illius imposicione statim a supradictis Universitatibus et hominibus pecuniam subvencionis eiusdem nullis per te servatis immunitatibus recolligas exigas et percipias, seu recolligi exigi et percipi facias per te seu ministros nuncios et factores tuos fideles quidem sufficientes et ydoneos per dictam provinciam transmittendos de quibus sit merito confidendum et de quorum defectibus et excessibus tu nostre curie principaliter tenearis, Omnesque renitentes ad solucionem dicte subvencionis compellas cum assistentia et favore Vicemgerentis seu Justitiarii Capitaneorum et aliorum nostrorum officialium dicte provincie per quos tibi in premissis assisti et faveri presentium auctoritate precipimus tam per impositiones penarum et illarum exactiones si inciderint in easdem quam per captiones personarum arrestationes et distractiones bonorum ipsorum, ac etiam per quelibet alia oportuna et debita favorabiliaque iuris remedia que ad id videris expedire nulli in hac parte quomodolibet deferendo. Et taliter provideas quod dicta pecunia per totum primo futurum mensem octobris dicti presentis anni duodecime indictionis sit per te a supradictis Universitatibus et hominibus integraliter recollecta percepta et habita ac ad cameram nostram missa dictamque pecuniam cum illam recollegeris et perceperis ad dictam nostram cameram deferas sive mictas nostris inibi thesaurariis vel in nostris manibus propriis assignandam et non personis aliis quibuscumque, de cuius assignatione nobis vel dictis nostris thesaurariis per te facienda nostras recipias acceptatorias litteras ad cautelam, ac quaternum unum fieri facias quidquid de illa receperis et a quibus, ac solveris et quibus cum dierum et temporum expressionibus particulariter contenturum, quem tuo sigillatum sigillo tui ratiocinii tempore in camera nostra summarie studeas assignare, in qua et non alibi te de premissis computari volumus ac quietari finaliter et absolvi. Et ne in premissis propriis sumptibus laborare cogaris gagi a tibi ad rationem de tarenis quatuor ponderis generalis per diem tenore presentium stabilimus, que tibi quolibet scilicet die numerando a die recessus tui de Civitate nostra neapolis in antea quamdiu de nostro beneplacito premissorum executioni vacabis possis et valeas de prefata pecunia ad manus tuas ut predicitur pro ventura de die in diem vel aliter prout acciderit vigore presentium libere et integre retinere quorum retencionem faciendam per te modo premisso ratam et gratam habentes illam tibi ex nunc prout ex tunc acceptamus ac acceptari et admitti volumus absque nota cuiuslibet questionis. Nos enim penas et banna quas et que rite propterea tuleris rata geremus et firma, eaque per te per nostram curiam irremisibiliter exigi volumus prout iustum fuerit a transgressoribus eorumdem. has nostras litteras Magno nostro pendenti sigillo munitas tibi propterea concedentes. Datum neapoli in camera nostra. Anno domini millesimo CCCCXVIIJ die VIIIJ° mensis Septembris XIJ indictionis. Regnorum nostrorum anno quinto. Johannellus.

XLIII.

Anno 1418. 21 Ottobre. 12ª indizione — Napoli.

La regina Giovanna II si fa garantire dalla Università della città di Napoli verso Sforza Attendolo per la conferma della sua condotta.

Registro 1415. n. 372. fol. 257.

Johanna Secunda Regina etc: Magnificis nobilibus Egregiis prudentibus et providis viris Universitati et hominibus inclite civitatis nostre neapolis fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Cum in capitulis noviter initis et firmatis inter Maiestatem nostram ex una parte et Magnificum Virum Sfortiam de Actendolis Comitem Cudiniole Magnum Comestabulum Regni nostri Sicilie collateralem consiliarium et fidelem nostrum dilectum ex altera sit capitulum subscripti tenoris Videlicet. Item la dicta Maiesta e contenta vole et comanda che la Universitate de Napoli promecta et traga securitate ad ipso Gran Comestabole che la dicta Maiesta observarra li capitoli della soa referma, et tutto quello che a li presenti capitoli se contene. Intentionisque nostre sit prefata capitula tam scilicet dicte sue refirme quam prefata nova capitula eidem Magno Comestabulo, tenaciter et inviolabiliter observare, Id circo vobis tenore presentium de certa nostra scientia sub verbo et fide Regalibus pure simpliciter et bona fide promictimus et firmiter pollicemur prefata omnia capitula tam refirme dicti Magni Comestabuli quam ea que noviter nobiscum iniit omniaque et singula contenta in illis eidem Magno Comestabulo tenaciter et inviolabiliter observare, observarique facere et mandare iuxta illorum continentias et tenores Nec non et vestram Universitatem ab huiusmodi promissione per vos eidem Magno Comestabulo iuxta formam prescripti capituli ut predicitur facienda semper et omni tempore preservare indempnes ac inlesos et immaculatos de vestri fama fide pariter et honore, In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et Magno pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Quas pro maiori certitudine et cautela subscripsimus propria manu nostra. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine. Anno domini millesimo CCCCXViij die vicesimo primo mensis octobris XIIᵉ Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.

Angelillus.

XLIV.

Anno 1418. 1 Novembre. 12ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II assegna a Giacomo di Borbone suo marito 15mila once di oro annue pel suo appannaggio.

Registro 1415. n. 372. fol. 67 bis tergo.

Johanna Secunda Regina etc. magnifico viro magno camerario Regni nostri sicilie eiusque locumtenentibus et presidentibus in Camera nostra summarie. Nec non vicemgerentibus Iustitiariis capitaneis magistris Camere Erariis Thesaurariis ceterisque officialibus quocunque nomine nuncupatis ac officio et iurisdictione fungentibus eorumque locatenentibus ubilibet et presertim in provincia terre Ydronti constitutis presentibus et futuris et specialiter viro nobili Raymundo Cassyano de neapoli Com-

missario predicte provincie terre Ydronti pro presenti anno duodecime Inditionis fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Significamus vobis quod omnes et singulas generales subventiones subsidia et collectas ordinarias et extraordinarias nec non fundicos dohanas cabellas baiulationes Tractas frumenti et victualium iura salis calibis seu Azarii ferri et picis ceterasque iura fructus redditur et proventus fiscales infrascriptarum civitatum terrarum castrorum et locorum principatus Tarenti, Illustrissimo principi domino Regi Jacobo viro nostro carissimo pro eius honorabili vita ducenda ac sui Regii status et curie expensis et honoribus supportandis pro eodem presenti anno duodecime Inditionis concessimus ac per presentes de scientia certa nostra concedimus pro ducatis quidem auri quindecim milibus. Quarum quidem civitatum terrarum Castrorum et locorum dicti principatus nomina sunt hec, videlicet mathera, latercia, Jenusium Castellanetum, motula, palayanum, Tarentum, Martina Hostunium, pulsanum, leporanum, francavilla, horia, lavetrana, Gallipolum, Ruffianum, Casaranum Thauresanum, dixum, poxardum, Andramum, Ydrontum, scorranum Julianum Jurdinianum murum polinianum, que omnes prenominate Civitates Terre Castra et loca sunt numero viginti septem Joya Castellana, Neritonum, ogentum Turris de paludibus, parabita patum nociglya et falchossum, veglye Belvedere, forcinianum, Gaglanum massafre que omnes alie Civitates Terre castra et loca sunt numero tresdecim. Et quia prefatus dominus Rex deliberavit et vult quod omnia predistincta iura scilicet suprascriptarum viginti septem terrarum pro dicto presenti anno sui nomine et pro parte exigantur recolligantur et percipiantur per virum nobilem laurentium trenta de luccha eius Regium vicemgerentem et Thesaurarium vel eius substitutum seu substitutos, nec non et omnia predistincta iura aliarum superanominatarum tresdecim terrarum exigantur percipiantur et recolligantur per te supradictum Raymundum Cassyanum commissarium nostrum et ea per te recollecta assignentur per te prefato laurentio seu dicto eius substituto vel substitutis nomine et pro parte dicti domini Regis secundum tenorem quarumdam nostrarum litterarum tibi Raymundo super dictis iuribus dictarum tresdecim terrarum propterea directarum. Idcirco intendentes nos super predictis votis Regiis confirmare volumus et vobis vestrumque cuilibet tenore presentium de certa nostra scientia districte precipimus et mandamus quatenus forma presentium per vos et vestrum quemlibet diligenter actenta et in omnibus inviolabiliter observata vos seu vestrum alter de recollicioni receptione et habitione predistinctorum omnium iurium prefatarum omnium viginti septem et tresdecim terrarum pro dicto presenti anno duodecime Inditionis nullatenus intromictatis aut impediatis. Quin ymmo sinatis et libere permictatis premissa omnia iura suprascriptarum viginti septem terrarum percipi recolligi exigi et haberi per prefatum Laurentium seu dictum eius substitutum vel substitutos Regio nomine quo supra nec non et omnia et singula predistincta iura prefatarum aliarum tresdecim terrarum per te Raymundum similiter recolligi percipi et haberi que quidem omnia iura dictarum tresdecim terrarum per Raymundum recolligere et percipere debeas eaque predicto Laurentio seu dicto eius substituto vel substitutis Regio nomine quo supra solvere tradere et assignare nomine et pro parte dicti domini Regis iuxta prefatarum aliarum nostrarum litterarum tibi ut predicitur directarum continentiam et tenorem nec contrarium faciatis sicut habetis gratiam nostram caram et indignationem cupitis evitare. Quibuscunque commissionibus ordinationibus licteris cedulis et mandatis in contrarium forte factis vel faciendis oretenus vel in scriptis sub quibusvis tenoribus sive formis etiamsi de presentibus de verbo ad verbum seriosam et expressam facerent mentionem et quibuscunque aliis presentibus forte contrariis quibus in quantum presentibus refragantur earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia et plenitudine nostre dominice potestatis totaliter derogamus non obstantibus quoquomodo Volentes insuper et decernentes expresse omnes et singulas litteras cedulas et mandata in con-

trarium forte facta vel imposterum faciendas fuisse et esse initas et inanes nulliusque existere roboris vel momenti et si qua imposterum fieri parte contingat decernimus per inadvertentiam et preter et contra nostram voluntatem et conscientiam processura. Cum firme intentionis incommutabilisque propositi nostri sit prefatas nostras litteras ceteris aliis licteris cedulis mandatis et commissionibus nostris auferri. presentes autem icteras magno nostro pendenti sigillo communitas. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Joanne Regine anno domini Millesimo CCCC decimo octavo die primo mensis novembris duodecime Inditionis Regnorum nostrorum anno quinto.

Angelillus.

XLV.

Anno 1418. 8 Decembre. 12ª Indizione — Napoli.

La Regina Giovanna II fa salvacondotto agli ambasciadori del re di Francia, del duca di Borgogna, del re di Navarra e del duca di Savoia, che da Firenze vengono nella città di Napoli alla sua presenza.

Registro 1415. n. 372. fol. 206 t.

Johanna Secunda Regina etc. Tenore presentium de certa nostra scientia ac sub verbo et fide Regalibus assecuramus et affidamus vos nobiles et egregios viros Egidium dominum dela chyaracera et magnificum petrum Johannis Serenissimi et Christianissimi domini domini Karoli francorum Regis Reverendissimi domini patris nostri carissimi ac illustris principis domini Ducis Burgundie oratores ac reverendum in Christo patrem Episcopum Aquinensem Serenissimi principis domini Regis Navarie oratorem et virum nobilem Gasparem de Monte Maiori Illustris principis domini ducis Sabaudie similiter oratorem Militem devotos nostros dilectos quos nos una cum sociis seu familiaribus vestris sexaginta vel infra cuiuscumque status gradus ordinis conditionis et nationis fuerint quorum omnium nomina et cognomina haberi volumus presentibus pro sufficienter expressis de Civitate florencie seu de quibuscumque Mundi et Ytalie partibus Civitatibus terris castris et locis venire ad hanc civitatem nostram neapolis aut ad quemcumque alium locum ubi nos morari contingat et ad nostri presentiam inibique morari pernoctare stare et residere et abinde recedere et ad loca unde veneritis aut quevis alia accedere ire et reddire equester et pedester cum armis et sne de die et de nocte per vias et extra per mare vel per terram nec non cum arnensibus balistis iocalibus lapidibus pretiosis robis pecuniis rebus et bonis omnibus cuiusque fuerint pretii quantitatis et valoris vel sine libere et secure ac sine obstaculo novitate noxia iniuria vel offensa reali et personali tam in adventu transitu et declinatione quam mora recessu reditu et accessu valeatis atque possitis. Supplentes earumdem tenore presentium de dicta certa nostra scientia plenitudineque nostre dominice potestatis in presenti nostro salvoconductu et securitate omnes sollempnitates et clausulas ac verba facientes et facientia pro securitate et cautela vestra et vestrum cuiuslibet et omnium quorum super presentibus forsitan omissas et omissa omnemque defectum forsitan commissum , quem quas et que haberi volumus presentibus pro suppletis et sufficienter expressis ac si omisse et omissa et commissus non essent. Volentes et decernentes insuper quod presens noster salvus conductus intelligatur vobisque et prefatis aliis assecuratis observetur ac intelligi et observari debeat pure simpliciter et bona fide sanoque sensu

et vero intellectu et absque cavillatione sinistraque interpetratione quacumque et quod interpetrari non possit nisi in securitatem et cautelam nostram et omnium quorum supra assecuratorum predictorum Mandantes propterea Magistro iustitiario. Magno Comestabulo ac Ammirato Regni nostri Sicilie nec non vicemgerentibus iustitiariis capitaneis castellanis ceterisque officialibus maioribus et minoribus quocumque nomine nuncupatis ac officio et iurisdictione fungentibus tam ad iustitiam qnam ad guerram eorumque locumtenentibus Comitibus quoque Baronibus eorumque vicariis et officialibus ac universitatibus et hominibus singularibusque personis subditis et fidelibus nostris quibuscumque ubilibet in mari et in terra constitutis presentibus et futuris, quatenus forma presentis nostri salvi-conductus et securitatis per eos et eorum quemlibet diligenter actenta illam ipsi et eorum quilibet vobis in prefatis omnibus aliis assecuratis tam in adventu mora quam transitu declinatione residentia recessu reditu et accessu observent inviolabiliter et faciant atque mandent ab aliis tenaciter et effectualiter observari nullamque nobis et prefatis aliis assecuratis inferant aut inferri mandent vel faciant seu permictant nec patiantur novitatem noxiam iniuriam obstaculum vel offensam realem aut personalem seu aliter quovis modo. Quin ymmo nos et prefatos alios assecuratos tam nostri quam dictorum principum contemplatione suscipiant propensius et commissius ac tractent amicabiliter et benigne vobisque ad omnem vestri seu alterius vestrum requisitionem provideant de decenti comitiva seu scorta de loco ad locum prout fuerit oportunum et de stantiis seu allogiamentis et rebus aliis vobis necessariis et etiam oportunis nec contrarium faciant sicut habent gratiam nostram caram et indignationem cupiunt evitare In cuius rei testtmonium presentes litteras exinde fieri et Magno nostro pendenti sigillo iussimus communiri. Quas usque ad menses quatuor complendos a die date presentium in antea numerandos valere volumus et non ultra Quasque post oportunam inspectionem restitui volumus presentanti pro vestri certitutidine et cautela. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine. Anno domini MCCCCXVIII die otavo decembris XII^e^ Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.

Eodem die simile factum est pro Johanne de pericto dicto pecicto Marezal gallico de verbo ab verbum nichil adito vel mutato sub datum ut supra.

XLVI.

Anno 1419. 28 Gennaio. 12ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II dovendo a Gaspare Bonciano negoziante fiorentino e cittadino napoletano, ducati 8166 e tarì tre per varie somme mutuatele a causa di spese indispensabili, e di quelle fatte per la venuta nella città di Napoli del cardinale legato e del duca di Venosa fratello del pontefice, gli dà in pegno delle gioie e del frumento, e gli rilascia dichiarazione di debito.

Registro 1415. n. 372. fol. 277 t.

Johanna secunda Regina etc. Universis presentes litteras inspecturis notum facimus per easdem quod noviter intervenentibus necessitatibus in nostra curia nos undique agravantibus et maxime pro necessaria habitione pecunie pro oneribus et expensis nostre curie supportandis pro defensione status nostri et reipublice ac nostrorum fidelium regni huius requisivimus gasparem boncianum de florencia mercatorem civem neapolis familiarem et fidelem nostrum ut de sua propria pecunia mutuaret nobis certam pecunie

quantitatem convertendam per nos in certis et diversis expensis nobis occurrentibus pro agendis nostre curie supradicte qui prefatus gaspar prefatis requisitionibus nostris parens et nostris cupiens necessitatibus subvenire infrascriptas pecunie quantitates in scripto nostro nobis et nostrecurie restitutionis nomine prompte et liberaliter mutuavit videlicet in una manu fatemur mutuo recepisse ab eodem gaspare ducatos duomilia de auro die scilicet tertio mensis octobris duodecime indictionis pro quibus assignavimus in pignus et loco pignoris eidem gaspari petia duo de fronteria nostra magna cum certis perlis et iocalibus sistentibus in eisdem. Item in altera manu fatemur similiter ab eodem gaspare mutuo recepisse ducatos octingentos triginta sex de summa ducatorum duorum milium quingentorum octo solutorum per loysium cursinum de florencia mercatorem et prefatum gasparem pro rata scilicet eundem contingente pro ambasciatoribus nostris sistentibus in civitate constantie ad servitia nostra. Item fatemur similiter recepisse mutuo ab eodem gaspare ducatos mille ducentos octuaginta quatuor pro quibus dedimus in pignus et loco pignoris eidem gaspari certam quantitatem frumenti nostre curie que venire debet de partibus apulie cum quadam navi ibidem pro parte nostre curie onerata. Item recepimus mutuo ab eodem gaspare solutos per eum pro parte nostra die tertio mensis decembris presentis anni duodecime indictionis ducatos centum quinquaginta pro certa quantitate cere necessaria ad usum nostre curie supradicte. Item fatemur similiter recepisse mutuo ab eodem gaspare die sextodecimo mensis decembris indictionis eiusdem quos manualiter prefatus gaspar in nostra secreta camera et in manibus nostris propriis assignavit alios ducatos mille pro quibus assignavimus sibi in pignus aliud petium unum de fronteria nostra magna. Item recepimus et habuimus mutuo similiter ab eodem gaspare per manus angeli staybani de maioro ducatos centum quinquaginta in manibus nostris propriis per eundem Angelum assignatos. Item in alia manu confitemur recepisse et habuisse ab eodem gaspare mutuatos nobis et nostre curie diversis vicibus et diebus tam per manus viri nobilis angelilli de aviliano Regalis castellani castri novi neapolis quam andree de nunzo de graniano thesaurarii familiaris et fidelis nostri dilecti pro certis expensis nobis necessariis et per eos factis de quibus habemus conscienciam satis plenam, alios ducatos mille quingentos septuaginta duos et tarenos tres Item in alia manu recepimus mutuo ab eodem gaspare ducatos mille viginti quatuor solutos per eum pro parte dicte nostre curie pro infrascriptis expensis nobis necessario occurrentibus de mandato nostro oretenus sibi facto videlicet pro certis cubilibus necessariis pro adventu domini cardinalis legati et domini ducis Venusii (1) germani domini nostri pape ducatos ducentos quinquaginta. Item pro palio necessario pro adventu dicti domini cardinalis ducatos sexaginta Item pro paga Civite de Aquila comestabuli certorum peditum sistentium ad nostra servitia excomputandos in paga ipsorum mensis decembris XII indictionis ducatos quatringentos septem. Item pro paga framurrialis et sociorum eius ad nostra servitia sistentium pro dicto mense decembris presentis anni XII indictionis ducatos ducentos octuaginta tres. Item pro pensione domus viri nobilis lionelli bulcani de neapoli ducatos viginti quatuor. Et in alia manu quos dictus Gaspar debet recipere et habere a nostra curia supradicta pro Cambio totius predicte pecunie nobis et nostre curie mutuate pro toto tempore preterito et per totum ultimum diem mensis decembris dicti anni presentis alios ducatos centum quinquaginta, Que tota pecunia nobis et dicte nostre curie per dictum gasparem mutuata ut supra et ad quam sibi tenemur est in summa ducatorum de auro octomilium centum sexaginta sex et tarenorum trium, Nosque Intendentes prefatum gasparem ac heredes et successores suos eiusque socios de prefatis ducatis octo milibus centum sexaginta sex et tarenis tribus

(1) Costui è Giordano Colonna fratello di papa Martino V.

per eum prompte et liberaliter mutuatis ut supra indempnes penitus preservari supradicto Gaspari tenore presentium de certa nostra scientia promictimus ac sub verbo et fide Regalium firmiter pollicemur prefatos ducatos octomilia centum sexaginta sex et tarenos tres per nos ab eodem Gaspare mutuo receptos de omni et quacumque fiscali curie nostre pecunia eidem Gaspari aut alii sui parte restituere et assignare seu ad omnem requisitionem ipsius Gasparis aut alterius sui parte quibuscumque Magistris Camere ac officialibus nostre curie habentibus fiscalem pecuniam Recolligere de assignatione dictorum ducatorum octomilium centum sexaginta sex et tarenorum trium vel aliqua parte ipsorum in extenuacionem dicte pecunie sibi concedere mandata et litteras oportunas ac omnibus aliis viis et modis eidem Gaspari aptis et expedientibus sibi visis satisfacere sibi de pecunia supradicta , Et in casu quo dictus Gaspar ex aliqua causa teneretur nobis et nostre curie tam pro parte sua et agendorum suorum quam aliarum quarumcumque personarum in aliqua magna seu parva pecunie quantitate, concedimus eidem Gaspari liberam potestatem ac licentiam impartimur quod dicta pecunia et qua forte ex aliquibus causis ex nunc in antea teneretur possit et valeat sibi auctoritate presentium retinere donec et quamdiu de prefatis ducatis octo milibus centum sexaginta sex et tarenis tribus fuerit eidem Gaspari aut alii sui parte integre satisfactum restitutis nobis per eumdem Gasparem prefatis petiis tribus de fronteria nostra predicta que sibi in pignus assignavimus pro supradictis ducatis tribus milibus de summa pecunia debiti supradicti, Et in hoc promictimus non deficere quovis modo. In cuius rei testimonium et tam prefate nostre curie certitudinem quam prefati Gasparis eiusque heredum sociorum et successorum cautelam presentes litteras exinde fieri et pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri quas ex certis causis nos moventibus subscripsimus et dedimus propria manu nostra Reginali observancia nostre curie quacumque contraria non obstante. Datum in castro nostro novo Neapolis per manus nostri predicte Johanne anno domini MCCCCXVIIIJ die XXVIIJ mensis ianuarii XIJ Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto. Paulellus S.

XLVII.

Anno 1419. 6 Marzo. 12ª Indizione — Napoli.

Il Pontefice Martino V scrive alla Regina Giovanna II di mandargli con gente d'arme Sforza Attendolo, che à egli eletto Gonfaloniere di S. Chiesa, per difendere il suo Stato da' nemici; e Giovanna ordina allo Sforza di partire subito con tutte le genti di arme regie ed a spese di essa regina.

Registro 1419. n. 375. fol. 66.

Johanna Secunda dei gratia Hungarie Jerusalem et Sicilie Regina etc: Magnifico viro Sfortie de actendolis Comiti Cudiniole Magno Comestabulo Regni nostri Sicilie collaterali consiliario et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Cum Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Martinus divina providencia papa quintus Sacrosante Romane ac Universalis Ecclesie dignissimus summus pontifex ac unicus et indubitatus in terris Vicarius Jhesu Christi diebus proximo preteritis nobis quoddam eius breve apostolicum destinaverit in serie subsequenti. Martinus papa quintus. Carissime in christo filie salutem et apostolicam benedictionem Alias tue Serenitati scripsisse recolimus ut dilectum filium nobilem virum Sfortiam de Actendolis Magnum

Regni Sicilie Comestabulum premoneres quatenus cum suis gentibus in puncto hoc vere proximo paratus existeret ut si expediret posse pro nostro et Sancte Romane Ecclesie statu qui tuus etiam esse dignossitur viriliter et efficaciter operari. Et quia credimus persona sua de cuius strenuitate fideque et virtute confidimus multum una cum suis gentibus indigere de proximo pro dicto nostro et Ecclesie statu pariter et honore Serenitatem tuam quam semper novimus ad eosdem statum et honorem intentam maximo devotionis ardore rogamus requirimus et exhortamur actente quatenus prefatum Sfortiam requiras et reddas actentum ut cum suis gentibus quo melius potest per totum mensem martii proximum aut usque ad medium aprilis immediate sequentis in campis Romanis in puncto paratus existat facturus que tunc sue nobilitati quam scimus ad hec maximis devocione et affectione intentissimam duxerimus commictenda. In hiis enim tua Serenitas nobis et eidem Ecclesie matri tue non parvum servicium exhibebit. Datum Mantue sub annulo piscatoris die vicesimo septimo Januarii pontificatus nostri anno secundo. p. de Crapanica. In tergo autem dicti brevis. Carissime in Christo filie Johanne Regine Sicilie Illustri. Noviterque Illustris dominus Jordanus de Columpna miles domini nostri pape germanus dux venusii amicus consiliarius et fidelis noster carissimus, nos ex parte dicti domini nostri requisiverit et hortatus fuerit ut cum prefatus dominus noster Te ordinaverit Confalonerium prefate Ecclesie ipseque dominus noster velit te ad obsequia et servitia pro statu suo et ecclesie extra prefatum Regnum exercere Te requiramus iuxta tenorem dicti brevis Apostolici quod cum tuis gentibus quo melius poteris accedere debeas ad obsequia et servicia dictorum domini nostri et ecclesie extra prefatum Regnum nostrum Sicilie nosque tamquam fidelis reverens et hobediens filia et creatura dictorum domini nostri et ecclesie Cupientes Volentes et Intendentes eiusdem domini nostri mandatis apostolicis sicut tenemur et debemus firmiter hobedire de huiusmodi honore et officio tibi per dictum dominum nostrum digne collato merito gratulantes fidelitatem tuam in rebus magnis et arduis virtuosissime comprobatam cuius operibus et virtutibus speramus indubie statum ipsorum domini nostri et ecclesie feliciter prosperari tenore presentium de certa nostra scientia stricte requirimus et hortamur tibi nichilominus mandantes expresse quatenus statim receptis presentibus Te cum omnibus nostris gentibus armigeris sub tua conducta ad nostra stipendia et servicia militantibus in puncto ponere debeas quo melius poteris et accedere extra prefatum Regnum Sicilie ad servicia prefatorum domini nostri et Ecclesie, ita quod usque et per totum supradictum presentem mensem martii aut usque ad medietatem primi futuri mensis aprilis Te cum dictis gentibus reperias in Campis Romanis iuxta tenorem prefati brevis apostolici serviturus ad honorem et fidelitatem nostram Eidem domino nostro et Ecclesie cum dictis gentibus extra dictum Regnum nostrum Sicilie prout eius benigna Santitas seu alius sui parte tibi duxerit commictendum durante scilicet tempore presentis tue firme seu refirme ita tamen quod si quod absit infra dictum tempus ipsius tue firme seu refirme opus vel necessarium nobis esset Te pro conservatione et defensione status et Regni nostri Te cum dictis Gentibus ad nostra habere servicia tenearis et debeas ad omnem nostri requisicionem voluntatem vel mandatum cum eisdem gentibus ad dictum Regnum nostrum reverti viriliterque vacare ad dictorum status nostri et Regni conservationem pariter et defensam remotis dilacionibus cavillacionibus excusationibus et exceptionibus quibuscumque nec contrarium facias sicut dicti domini nostri et nostram gratiam caram habes eiusque et nostram indignationem desideras evitare. presentes autem litteras magno nostro pendenti sigillo munitas tibi propterea duximus dirigendas. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono die sexto mensis martii duodecime Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.

Angelillus

XLVIII.

Anno 1419. 5 Maggio. 12ª Indizione — Napoli.

Il giureconsulto Niccola del Toro di Napoli ricorre alla regina Giovanna II dicendo di non aver potuto produrre appello ad una sentenza, per essere stata la Gran Corte chiusa per un dato tempo, a causa di una certa scomunica dell'arcivescovo di Napoli contro il luogotenente del Maestro Giustiziero del Regno e de' suoi giudici.

Registro 1415. n. 372. fol. 224.

Johanna Secunda Regina etc. Nobili viro Nicolao de tauro de Neapoli iurisperito fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Scire te volumus quod noviter in nostro consilio peritorum oblata fuit petitio continencie subsequentis. Sacre Reginali Maiestati Reverenter exponitur pro parte colucii de griffis de Civitate Theatina militis vestri consiliari et familiaris ac Excellentis domini Magistri Justitiarii Regni vestri Sicilie locumtenentis et petri de Civitate Theatina fidelium vestrorum dicentium quod olim franciscus de orio de panormo cathalanus per se seu suum procuratorem movit questionem seu causam coram nobili et venerabili viro Abbate Raynaldo vassallo de neapoli utriusque iurisperito locumtenente magnifici viri domini prothonotarii Regni vestri Sicilie iudice delegato per vestram Maiestatem contra dictos exponentes de emenda cuiusdam Sclavi seu Empticii et aliis prout in libello exinde oblato et actis dicte cause continetur. Et facto certo processu coram dicto iudice delegato inter dictas aprtes seu procuratores earum finaliter per dictum iudicem delegatum quedam sententia lata fuit per quam exponentes ipsi seu procuratores ipsorum condempnati fuerunt ad dandum restituendum et assignandum eidem francisco de orio seu suo procuratori dictum Sclavum si extabat et si non extabat valorem ipsius prout hec et alia in processu exinde habito et sententia super eo lata si sententia et processus dici possunt et actis dicte cause continentur qua sententia lata statim procurator ipsorum exponentium dixit dictos processum et sententiam fuisse et esse nullum et nullam Et si qui erat sentiens se quo supra nomine et dictam partem suam ex ea non modicum agravatum a dicta sententia infra legittima tempora appellavit una voce ad vestram Maiestatem Magnam Curiam domini Magistri Justitiarii Regni vestri et quemlibet alium iudicem competentem, Et petiit cum instantia instanter et instantissime appellos et processum sibi dari prestandos per eum infra legitima tempora vestre Maiestati seu iudici ad questionem que appellatio admissa fuit per dictum iudicem delegatum si et in quantum de iure admitti potuit et debuit et infra legitima tempora presentati fuerunt appelli et processus dicte cause dicte Magne curie domini Magistri iustitiarii Regni vestri, verum sacra et benigna Maiestas infra primum fatale supervenerunt multa impedimenta et novitates in civitate Neapolis et etiam dicta Magna curia recta non fuit propter certam excomunicationem factam per dominum Archiepiscopum neapolitanum locumtenenti et iudicibus dicte Magne curie certo modo Et de tempore primi fatalis ad prosequendum et faciendum dictam causam appellationis et nullitatis non superest nisi usque per totum vicesimum diem mensis May proximo futurum et de iure exponentes ipsi habere debent secundum fatale ad prosequendum et finiendum causam prefatam, ipseque colucius est locumtenens domini magistri iustitiarii in dicta curia et non potest esse iudex in causa sua preterea pro parte ipsorum exponentium vestre Magestati supplicatur humiliter quatenus dignetur dicta sacra vestra Maiestas

de certa vestra scientia dictam causam commictere uni iurisperito neutri parti suspecto qui repetito et habito dicto processu et sententia super eo lata de dicta causa appellationis et nullitatis cognoscat ipsamque fine debito terminet et decidat iustitia mediante neutram ipsarum partium contra iustitiam agravando et interim actentis dictis impedimentis concedat dictis exponentibus secundum fatale ad prosequendum et finiendum dictam causam appellationis et nullitatis cum de iure concedi debet. Et proinde mandare fieri vestre Maiestatis litteras oportunas, post quam quidem peticionem oblatam nos habita super premissis nostri consilii peritorum deliberacione matura Et alias de tua fide et sufficientia ab experto fiduciam obtinentes, tibi partibus non suspecto dictam causam duximus tenore presentium fiducialiter commictendam, Et propterea fidelitati tue earumdem vigore presentium de certa nostra scientia expresse commictimus et mandamus quatenus vocatis evocandis Reassumpto et habito per te dicto processu si quid legitima tempora suffragantur appellationis predicte constito tibi prius de legitimo impedimento ut exponitur si de iure tibi videbitur fore concedendum secundum debitam iuris formam secundum fatale concedas Et deinde de dicta causa appellationis et nullitatis cognoscas ipsamque causam fine debito termines et decidas iustitia mediante Et ministres et facias utrique parti iustitiam expeditam Neutram ipsarum partium contra iustitiam agravando. Datum Neapoli in absencia logothete et prothonotarii Regni Sicilie per venerabilem virum Raynaldum vassallum de Neapoli in utroque iure peritum locumthenentem domini prothonotarii consiliarium etc. anno dom. MCCCCXVIIII die quinto mensis Maij XIJ^{e} indictionis. Regnorum nostrornm anno quinto. Mattheus scalensis.

XLIX.

Anno 1412. Maggio. 12^{a} Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II appena informata della fuga di suo marito Giacomo da Napoli per portarsi in terra d' Otranto, elegge suo Vicario di quella Provincia Angelillo di Avigliano e lo spedisce con ampli poteri.

Registro 1415. n. 372. fol. 185.

Joanna Secunda Regina etc. Magnifico viro Angelillo de Avigliano etc. Consiliario et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Consuevimus circa expetitiones arduas et prosequtiones nostrorum grandium agendorum in quibus presertim honor noster tangitur evidenter et ad fidelium expeditionem rei publice interesse versatur viros fortes prudentes et strenuos consilioque pollentes nobilitate claros ac inacceptabili tempore fidei et devotionis sinceritatis probatos costituere et ordinare. Cum itaque noviter illustris vir noster heu proh dolor nescimus quo spiritu ductus quove consilio motus clandestine aufugerit ab hac civitate nostra neapolis supra quandam navim, et nos de statu nostrorum fidelium et presertim provincie terre ydronti et principatus Tarenti ad quem intelleximus eundem virum nostrum debere accedere verteremus sollicitudinis nostre curam cum maturitate deliberavimus Te ad partes ipsas pro statu nostro et quiete ac gubernatione nostrorum fidelium dictarum partium presentialiter cum magna festinantia destinare. Itaque considerationis instinctu ac actento quod tu certis retrohactis temporibus in aliis Regni nostri partibus officia non parva ymmo magna fideliter et diligenter gexisti promovendo statum nostrum ac tuendo fideles nostros

ab insidiis perversorum, ob que de te confidere astringimur magis plene Te vicemgerentem nostrum ad guerram tamen in provincia terre ydronti ammoto abinde quolibet alio vicemgerente ad guerram inibi forsitan ordinato, nec non et vicemgerentem in dicto principatu Tarenti, tam ad iustitiam quam ad guerram Laurentio crenta et quibuslibet aliis dicti viri nostri vicemgerentibus officialibus et capitaneis a dicto principatu penitus revocatis pro residuo presentis anni et de inde in antea usque ad nostrum beneplacitum cum plena meri mixtique imperii ac gladii potestate et plenaria iurisditione ad premissa et ad dependentia et emergentia quelibet ex eisdem de certa nostra scientia tenore presentium statuimus et fiducialiter ordinamus. Volentes et tibi mandantes expresse quatenus statim receptis presentibus te personaliter conferens ad provinciam et principatum predictos sic inibi huiusmodi vicemgerentie officium ad honorem et fidelitatem nostram bonumque statum nostrum dictorumque nostrorum fidelium tranquillum et prosperum secundum quod tue virtuti et fidei inheremus studeas diligenter et fideliter exercere intendendo circa redducionem universitatum et hominum ac castellanorum et servientium omnium et singularum civitatum terrarum castrorum locorum et fortellitiorum dicti principatus Tarenti ad hobedientiam manus et fidelitatem nostras ac conculcationem nostrorum infidelium inhobedientium et rebellium si qui fuerint in provintia et principatu predictis ausuumque quorumlibet perversorum, ipsorumque exterminium et ruynam, ministrando et ministrari faciendo in dicto principatu singulis iustitiam sine acceptione aliqua personarum neminemque gravando seu gravari faciendo rancore vel hodio aud relevando iniuste prece pretio gratia vel amore, nec non Ecclesias Ecclesiasticasve personas et alias miserabiles pupillos et viduas iustis protegendo favoribus et tuendo, quod te de ipsius administratione iustitie in qua utique iura comunia costitutiones et capitula pro Regni status fidelium reformatione composita sine transgressione servabis processus lucidi comprobent et opera laudanda commendent, ac per tue virtuose conditionis ministerium et fructus experientie, promotio sicut firme confidimus nostri exinde honoris appareat, statusque nostrorum fidelium ipsarum partium tuis mediantibus bonis operibus consurgat in melins. Ecce namque Ecclesiarum prelatos partium earundem attente requirimus officialibus vero quibuscunque ac Comitibus Baronibus feudatariis Terrarum dominis militibus Baiulis magistris iuratis universitatibusque et hominibus earundem partium, damus expressius in mandatis, quatenus ipsi de provincia terre ydronti in omnibus ad dictam guerram spectantibus prefati vero de dicto principatu tam ad iustitiam quam ad guerram in quibuslibet concernentibus statum honorem et fidelitatem nostram assistere debeant hobedireque pariter et parere penas autem et banna quas et que rite tuleris ratas gerentes et firma eaque per te irremissibiliter exigi volumus prout iustum fuerit a transgressoribus eorundem pro curie nostre parte. Concedentes tibi insuper plenariam potestatem quod possis et valeas quoslibet inhobedientes rebelles et infideles aliosque maleficos reducere ad gremium gratie nostre eisque remictere omnes et singulos excessus crimina et delicta cuiuscumque vocabuli appellatione distincta per eos pro preteritis temporibus et usque in diem reductionis ipsorum quomodocumque et qualiterumque commissa etiam si criminis lese maiestatis naturam saperent cum remissione cuiuslibet culpe offense et pene realis et personalis in quam propterea incidissent ac bannorum et iurium bannorum tertiariarum sententiarum et condempnationum quarumlibet exinde subsequtarum cum abolitione infamie et cuiuslibet note eis propterea irrogate ac cum reintegratione et restitutione ad famam honores dignitates statum pristinum et bona quecumque per beneficium plene nostre restitutionis in integrum et cum potestate faciendi et concedendi eis in genere et in specie quaslibet gratias factibiles tibi visas recipiendique nostri parte ad tuas manus omnes civitates Terras castra et loca ac fortellitia prefati principatus Tarenti de manibus et potestate quorumcumque. Et quascumque etiam terras prefate provincie

terre ydronti tentas èt occupatas vel occupandas per rebelles emulos et hostes nostros quoscunque. Commictentes tibi in premissis et circa premissa ac dependentibus emergentibus et cognexis ex eis totaliter et plenarie vices nostras, promictentes habere ratum gratum et firmum quicquid per te in premissis et premissorum quolibet promictetur agetur et fiet preterea earundem tenore presentium tibi plenariam et omnimodam concedimus potestatem quod possis et valeas ad nostra stipendia et servitia conducere quoscunque capitaneos ac caporales armigeros equites et comestabulos ac pedites, nec non capitaneos et patronos navium fustium galearum et quorumcunque vasorum maritimorum pro eo videlicet tempore et cum illis stipendiis ac numero gentis equitis et peditis ac fustium ac pactis et capitulis que pro statu nostro tibi pro meliori videbuntur. Mandantes nichilominus predictis ac universis et singulis aliis armorum et galearum ac fustium capitaneis nec non caporalibus et peditibus in eisdem provincie terre ydronti et principatu Tarenti costitutis presentibus et futuris quatenus tibi tamquam nostro vicemgerenti in omnibus et singulis ad prefatam guerram ac dictum tuum officium spectantibus aliisque statum honorem et fidelitatem nostram concernentibus velud persone nostre proprie parere debeant et efficaciter hobedire, nec contrarium faciant sicut predictas penas et banna ac indignationem nostram cupiunt evitare. Concedentes tibi amplius quod in eodem officio servire possis per ydoneos et particulares locumtenentes seu officiales quovis vocabulo distinguendos per te inibi tam ad iustitiam quam ad guerram vel solum ad iustitiam vel solum ad guerram prout tibi placuerit ordinandos et statuendos, quos statuendi et ordinandi earundem tenore presentium de dicta scientia nostra liberam concedimus potestatem, dantes preterea tibi omnimodam et plenariam facultatem in eisdem officiis assumendi iudices et assessores actorumque notarios omnes utique officiales ipsos ydoneos sufficientes et legales fidelesque nostros de quibus sit merito confidendum et de quorum defectibus et excessibus tu principaliter nostre curie tenearis. Concedentes tibi nichilominus quod possis et valeas in eodem officio tecum retinere militem unum pro socio nec non scutiferos equites sex equis et armis decenter munitos servientes pedites decem pro custodia carceris armis decentibus communitos et cursores duos pro licteris deferendis. Et ne tu seu dicti tui locumtenentes vel officiales et alii supradicti cogamini in dicto officio propriis sumptibus laborare gagia. tibi vel dictis tuis locumtenentibus ad rationem de unciis auri centum ponderis generalis per annum ac unicuique dictorum iudicum et assessorum de unciis auri triginta duabus et actorum notariorum de unciis sexdecim de carlenis argenti ponderis generalis per annum nec non et prefato militi de unciis duabus ac unicuique dictorum scutiferorum equitum de tarenis viginti duobus cum dimidio et cuiuslibet prefatorum servientium peditum et cursorum de tarenis septem et medium eiusdem ponderis generalis per mensem tenore presentium stabilimus que tibi seu dictis tuis locumtenentibus et aliis supradictis de pecunia proventuum acquirendorum per te seu dictos locumtenentes tuos tui vel eorum officiorum ratione. Et alias de illa pecunia de qua aliis tuis in eodem officio precessoribus satisfieri de eorum gagiis consuevit volumus exhiberi. In aliis autem occurrentibus et dependentibus a premissis et singulis premissorum sic tua circumspectio consulto provideat signanter si opus fuerit circa fortificationem locorum defensibilium ad que homines et persone aliorum locorum debilium possint in casibus oportunis confugere seque pro salute personarum et rerum inibi pariter receptare nulli cuiuscumque status et conditionis fuerint quomodolibet deferendo quod ipsi provincie et principatus decursibus et rapinis seu depredationibus quando dispositiones vigerent pati nequeant set potius a quibuslibet noxiis tute remediis tue provisionis existant. Presentes autem licteras magno pendenti maiestatis nostre sigillo munitas tibi in premissorum testimonium duximus concedendas quas pro maiori robore et cautela dedimus et subscripsimus propria manu nostra ritu et observantia

nostre curie non obstante. Datum in castro nostro novo Neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini millesimo quadringentesimo decimonono die... mensis maii duodecime indictionis regnorum nostrorum anno quinto.

De mandato Reginali oretenus facto. Franciscus Angelillus.

L.

Anno 1419. 3 Agosto. 12ª Indizione — Napoli

Donazione che fa Giovanna II a Giordano e Renzo Colonna, fratelli del pontefice Martino V, di città, terre e castelli del Regno, e di annue rendite.

Registro Angioino 1415. n. 372. fol. 160 t. 161.

Johanna Secunda Regina etc. Illustri et Magnificis Viris Jordano de Columna Militi Duci Venusii et Rencio de columpna fratribus Comiti Albe et Magno Regni Sicilie Camerario Collaterali, domini nostri pape germanis Consiliariis amicis et fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Sicut nostis olim de presenti anno duodecime indictionis promisimus tibi Jordano recipienti pro te ipso Jordano et te prefato Rencio omnia infrascripta eaque adimplere et observare ante assumptionem investituram et coronationem huius Regni nostri Sicilie et prout infrascribitur videlicet donare et concedere tibi Jordano Duci et tuis utriusque sexus heredibus ex tuo corpore legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris imperpetuum et te absque huiusmodi prole legitima decedente pro te predicto Rencio tuisque similiter heredibus ex tuo corpore legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris imperpetuum Civitatem Salerni cum titulo principatus eiusdem Civitatis Castri maris de Stabia, Lictere. Maiori et Vici, terras Gragnani, pimontis francarum et Minori cum Castris seu fortellitiis hominibus vassallis vassallorumque redditibus feudis feudatariis suffeudatariis iuribus rationibus et pertinentiis omnibus ad illas spectantibus et pertinentibus quovis modo, Ac cum omnibus collectis dohanis et Cabellis Vini et Salis et quibuslibet aliis functionibus fiscalibus prefate Civitatis Castri maris omnibus intratis et iuribus dicte Civitatis Lictere omnibus Cabellis et iuribus dictarum Terrarum Gragnyani pimontis et francarum dohanis collectis et omnibus aliis iuribus fiscalibus predicte Civitatis Salerni Collectis et cabella nova dicte Civitatis Maiori collectis cabellis et omnibus aliis iuribus dictarum Civitatis Vici et Terre Minori Collectis et omnibus aliis iuribus Civitatis Cave tribus collectis Terre Montis corbini omnibus collectis Terre Schifati, nec non et cum mero et mixto Imperio ac gladii potestate omnium prenominatarum Civitatum et Terrarum, Item assignari facere tibi Jordano Duci fortellitium Scifati habitis prius per nos bullis apostolicis a domino nostro et licteris a Reverendissimo in Christo patre domino Cardinale Tricaricensi commendatario Abbatie Schifati Item exolvi et satisfieri facere tibi predicto Jordano Duci de annua provisione tua ducatorum auri duodecim milium usque in diem corporalis possessionis tibi faciende de supra nominatis Civitatibus et Terris per nos tibi donari promissis ut supra, nec non et exolvi tibi Jordano facere ducatos auri quinquaginta milia usque ad annos decem super collectis et aliis nostris fiscalibus functionibus Civitatis nostre Aquile videlicet anno quolibet ipsorum decem annorum ducatos quinque milia. Item tibi Rencio et tuis predictis heredibus infrascriptas Terras Comitatus Albe videlicet Albam. Sanctam. Anatoliam. Risiolum. Maglianum

Castrum novum prope Albam Cappellam Ameczarium Lupum Transatas Capistrellum pesculum canalis Canistrum Metani Civitellam Reudenariam Castrum novum de vallibus Ronciani de vivo et Civitam Anteni cum castris seu fortellitiis hominibus vassallis vassallorumque redditibus iuribus iurisdictionibus rationibus et pertinentiis earum omnibus ad illos spectantibus et pertinentibus quovismodo, et cum plena meri mixtique imperii ac gladii potestate ac cum titulo Comitatus eiusdem Comitatus Albe Item tibi eidèm Rencio officium Magistri Camerariatus dicti Regni nostri Sicilie ad vitam tuam cum dignitate honoribus gratiis provisionibus et emolumentis et plena administratione dicti officii ac tibi eidem Rencio et prefatis tuis heredibus excambium vel extimationem terrarum Sancti Laurentii Mayencie et Rocelli Gurge Viri Magnifici Christofori gayetani militis ac Terras Cenzani et Jullani eiusdem Christofori cum Castris seu fortellitiis iuribus vassallis vassallorumque redditibus iuribus iurisdictionibus actionibus et pertinentiis earum omnibus quibuscumque ad illas spectantibus et pertinentibus quovis modo. Item assignari facere Reverendo in Christo patri Angelocto Episcopo Anagnino pro parte Sancte Romane Ecclesie Castrum prefate Civitatis Cave ac dare vobis de confirmando post nostram coronationem omnia supradicta infrascriptos promissores videlicet Viros Magnificos Magnum Comestabulum Regni nostri Sicilie etc. Comitem Vigiliarum Comitem Albeti, prefatum Christoforum gayetanum etc. Franciscum de Riccardis de Ortona Militem etc: paulum de Celano ac Universitates Civitatum nostrarum Neapolis Capue Gayete et Averse prout in quibusdam capitulis seu promissionibus inde factis plenius et seriosius continetur Et licet propter pravas preteritorum temporum qualitates Regnique conditiones et novitates sicut publicum et notorium est premissa omnia et singula ante huiusmodi nostram investituram et coronationem observare et adimplere nequiverimus nec etiam valeamus, intentionisque nostre fuerit et existat premissa omnia et singula quam citius poterimus actendere et adimplere ac inviolabiliter observare, Tamen pro vestri vestrumque cuiuslibet ac heredum vestrorum predictorum et omnium aliorum quorum et cuius inde interest et poterit interesse certitudine et cautela vobis vestrumque cuilibet, tenore presentium de certa nostra scientia pure simpliciter et bona fide ac sub verbo et fide Regalibus promictimus et firmiter pollicemur omnia ea et singula ex premissis et quolibet premissorum que observata et adimpleta non fuerint ante huiusmodi nostram investituram et coronationem actendere adimplere et inviolabiliter observare vel equivalens excambium huiusmodi rerum que per nos ante dictam nostram coronationem observari restiterint dare traddere et realiter assignare usque ad menses . . . . complendos a die huiusmodi nostre investiture et coronationis ut predicitur faciende in antea numerandos vel autem si et quam primo vobis dabitur facultas seu aptitudo Remotis Amfractibus excusationibus exceptionibus dilatationibus et cavillationibus quibuscumque. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et magno pendenti Maiestatis nostre sigillo appensione iussimus communiri Quas pro validiori robore et cautela dedimus et subscripsimus propria manu nostra Ritu et observantia nostre Curie quacumque contraria non obstante Datum in Castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXViiij de tercio mensis augusti XII Indictionis Regnorum nostrorum anno quinto.

De mandato Reginali oretenus facto Franciscus Angelillus.

LI.

Anno 1419. 4 Ottobre. 12ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II invita tutti i Magnati del Regno ecclesiastici e laici, i nobili, i feudatarî, le università e tutta la nazione ad assistere nella città di Napoli alla sua incoronazione, col maggior lusso che ciascuno potrà nel rispettivo proprio stato. Ed affinchè ognuno sia sicuro di non essere molestato, ordina che la Regia Corte, sì per parte sua, che de' privati, non possa procedere contro alcuno, sia per causa civile, che criminale, non escluso il delitto di lesa Maestà, durante il tempo della loro dimora in Napoli ed il loro ritorno in patria.

Registro Angioino 1419. n. 375. fol. 277.

Johanna Secunda dei gratia Regina etc: Tenore presentium Notum facimus universis et singulis easdem presentes nostras litteras inspecturis tam presentibus quam futuris Quod sicut fidelibus nostris singulis esse non ambigimus plene notum pro totali expeditione felicis Coronationis nostre certos nostros oratores ad plesenciam misimus dominice sanctitatis: Qui diebus proximis de civitate florencie et ab eiusdem Sanctitatis presentia discendentes hodie quarto presentis mensis octobris cum plena votiva et totali expeditione dicte nostre felicis coronationis neapolim ad nostram presenciam Redierunt, Cuius quidem nostre felicis coronationis solemnia die . . . . (1) dicti presentis mensis divino nobis suffragante presidio decrevimus celebrari facere et Regni nostri Sicilie suscipere feliciter diadema. In qua nostra felici coronatione sicut iam per Regnum predictum divulgari fecimus singulos dicti Regni prelatos et proceres ac terrarum nostrarum demanialium Sindicos sicut moris est Cupimus et volumus personaliter interesse, verum unusquisque habens pro tam felici causa neapolim et ad presenciam nostram accedere ad eius accessum Tucius et promptius se disponat nec ullius supersit occasio gressus suos neapolim minime dirigendi earumdem tenore presentium de certa nostra scientia ac cum matura digesta et examinata nostri deliberatione consilii, assecuramus et affidamus ex nunc, et toto durante tempore celebrationis festivitatis nostre premisse felicis coronationis et abinde in antea usque ad mensem unum postquam cessaverint festivitatis et coronationis predicte solemnia omnes et singulos dicti Regni nostri Sicilie prelatos proceres Comites barones feudatarios et terrarum dominos ac sindicos etiam dictarum terrarum nostrarum demanialium regni predicti et fideles nostros quoslibet dicti Regni, Cuiuscumque fuerint preheminentie dignitatis conditionis et status ac quibusvis nominibus et cognominibus nuncupentur quorum omnium nomina et cognomina in presentibus de dicta certa nostra scientia et ex nostra Reginali potestate haberi volumus atque decernimus pro appositis declaratis ac particulariter et singulariter expressis quod possint et valeant dicti scilicet prelati cum eorum familiaribus clericis scilicet et laycis prefatique proceres Comites barones feudatarii et terrarum domini cum eorum uxoribus vel absque illis ipsorumque similiter sociis et familiaribus et predicti Syndici atque fideles nostri alii cum sociis et familiaribus eorumdem in numero eis et Cuilibet ipsorum viso ac cum eorum et Cuiuslibet ipsorum arnesiis vallisiis iocalibus pecuniis Rebus et bonis. In quibuscumque consistentibus per

(1) Qui rimane bianco questo spazio.

mare cum quibusvis navigiis sive barcis et per quosvis maris tramites sive calles seu per terram equester sive pedester cum armis et sine armis de die sive de nocte per vias et extra vias simul vel separatim ad Civitatem nostram neapolis et ad maiestatis nostre presenciam accedere et se conferre ibidemque morari pernoctare premisseque festivitati interesse, abindeque discedere et ad propria et quo voluerint reddire ac in accessu et redditu transire per terras nostras et nostrorum fidelium dicti Regni ad illas accedere in eis moram trahere et abinde discedere libere et fine aliqua impedimento seu dampno Reali vel personali eis in genere vel in specie in accessu transitu mora discessu et Redditu per nos et nostram Curiam seu quosvis officiales stipendiarios et fideles nostros Regni predicti toto predicto durante termino quomodolibet inferendo. Promictentes et pollicentes ipsarum tenore presentium de certa nostra scientia ac cum deliberatione qua supra nec non sub verbo fidei et Regali presentem nostram assecurationem toto prescripto durante termino habere ratam gratam et firmam eamque observare et observari ab aliis tenaciter et inviolabiliter facere et mandare, Eique non contradicere facere opponere vel venire directe vel indirecte palam puplice vel occulte per nos vel alios nostri parte, nullamque dictis assecuratis et aliis secum accessuris sive alteri vel aliis eorumdem in ipsorum personis rebus et bonis pretestu et occasione tam quorumcumque delictorum Criminum et Excessuum quovis vocabulo distinguantur per eos in genere vel in specie pro quibuscumque preteritis temporibus et usque in diem Recessus eorum de terris et locis ipsorum sine nostris vel aliorum quorumcumque commissorum et patratorum Etiam si manifestam Rebellionem seu crimen lese maiestatis saperent quam etiam quorumvis aliorum debitorum realium et pecunialium in quibus nobis et nostre Curie aut quibusvis eorum creditoribus ex quibusvis pretextibus et causis eenerentur seu obligati vel astricti essent tacite vel expresse. inferre neque ab aliis inferri facere seu permictere iniuriam molestam novitatem noxiam vel offensam neque ipsos aut alium vel alios eorumdem ad restitutionem debitorum predictorum cogere vel cogi facere et adversus eos in genere similiter vel in specie realiter seu personaliter ex mero officio nostre Curie vel ad petecionem partium quarumcumque Civiliter vel criminaliter ordinarie sive extraordinarie pretextu et occasione delictorum predictorum omnium aut aliter quovis modo procedi non facere toto predicto termino perdurante. Et ecce viris magnificis magistro iustitiario et magno camerario Regni nostre Sicilie eorumque locatenentibus ac presidentibus Camere nostre summarie et iudicibus magne curie vicegerentibus quoque nostris et iustitiariis provinciarum ac capitaneis civitatum et terrarum nostrarum Regni predicti locatentibus eorumdem ceterisque officialibus et personis aliis ad quos spectat et spectare poterit quocumque titulo et denominatione notentur nec non armorum Capitaneo et stipendiariis nostris singulis per dictum Regnum nostrum sicilie constitutis nostrarumque navium et galearum capitaneis patronis comitis sociis marenariis et personis aliis presentes litteras inspecturis damus ipsarum vigore presentium expressius in mandatis quatenus predicti vicegerentes nostri seu iustitiarii unusquisqe ipsorum in provincia sibi decreta presentem nostram assecurationem per terras et loca iurisdictionum eorum famosas maxime etiam si capitaneos habeant prout eis per alias litteras nostras iniungimus diligenter puplice et per competenciam faciant loca at officia divulgari supradictique omnes officiales et stipendiarii nostri iam dictis omnibus per nos assecuratis ac unicuique et singulis eorumdem dictam presentem nostram assecurationem toto prescripto termino observent efficaciter et ab aliis faciant quantum in eis fuerit tenaciter et inviolabiliter observari nec aliquid adversus assecuratos predictos alium vel alios eorumdem aut ipsorum res et bona et premissorum aut quorumvis aliorum pretextu occasione seu causa contra presentium seriem faciant vel actendent sicut gratiam nostram caram habent et indignationem nostram desideraut evitare. Quibuscumque instrumentis cirografis et scripturis

puplicis seu privatis et dictis debitis confectis penarum obligationibus et periurii sacramentorum prestationibus renunciationibus et clausulis aliis roboratis aut quibusvis aliis legibus iuribus ritibus moribus consuetudinibus capitulis et rescriptis presentibus forte contrariis seu quicquam in contrarium disponentibus dictantibus sive loquentibus quarum et quorum motu proprio et de dicta certa nostra scientia ac potestate et cum deliberatione quibus supra tollimus in hac parte vigorem non obstantibus quoquomodo. Et ut presens nostra securatio in notitiam deveniat singulorum nec eius ignorantiam aliquam valeat allegari cartas sive membranas eius seriem continentes castri nostri novi de neapoli in quo presentialiter residemus ac maioris ecclesie neapolitane et domorum in quibus regitur magna curia magistri iustitiarii dicti Regni porticibus sine valvis affigi fecimus et appendi. Cum non sit verisimile apud cunctos remanere incognitum quod tam patenter in oculis omnium divulgatur. In quorum omnium testimonium atque fidem presentes litteras tripicatas exinde fieri et pendenti maiestatis nostri sigilli iussimus communiri. Quas pro ipsarum validiori robore dedimus et subscripsimus propria manu nostra ritu vel ordinatione aut observancia nostre curie quacumque contraria non obstante. Datum in eodem castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini millesimo CCCCXViiij die iiij mensis octobris XIII indictionis regnorum nostrorum anno sexto. Eadem die similes lictere facte sunt tripicate.

LII.

Anno 1419. 7 Ottobre. 13ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II fa dichiarazione di debito per danari ricevuti a mutuo dietro vari oggetti preziosi dati in pegno.

Registro Angioino 1419. n. 375. fol. 272 t.—274.

Johanna Secunda Regina etc. Comitissa Tenore presentium notum facimus universis earum seriem inspecturis tam presentibus quam futuris. Quod vir nobilis Gaspar bonciani de florentia civis neapolis familiaris et fidelis noster dilectus infra annos undecime et XII Indictionis proximo preteritarum ac per diversas vices dies et tempora annorum predictorum mutuavit nobis de propria sua pecunia et infrascriptis personis ac infrascriptis causis et rebus solvit et exhibuit ad nostre requisitionis instantiam et ad diversa mandata nostra per nos diversis vicibus oretenus sibi facta infrascriptas pecunie quantitates videlicet imprimis mutuavit nobis de mense maii dicte preterite undecime Indictionis quos per eum solvi et exhiberi fecimus viro magnifico francisco de Ricchardis de ortona militi Regni nostri sicilie marescallo etc. consiliario et fideli nostro dilecto pro accessu suo ad civitatem constantie partium alamannie ducatos de auro mille ducentos. Item in alia manu mutuavit nobis per manus viri nobilis Andree de miro de graniano camere nostre summarie presidentis pro faciendis certis expensis necessariis diversis vicibus et diebus usque et per totum decimum diem mensis Januarii dicte XII Indictionis preterite de quibus maiestati nostre plene constat ducatos octingentos septuaginta novem et tarenos tres. Item quos solvit pro parte nostre curie per manus eiusdem Andree diversis vicibus et diebus per totum predictum decimum diem presentis mensis ianuarii XII Indictionis preterite pro nonnullis expensis factis per eum certis nobilibus civitatis neapolis de quibus nostra maiestas habet conscientiam

satis plenam ducatos sexcentos nonaginta tres. Item quos prefatus gaspar mutuavit nobis die scilicet tertio mensis octobris dicte preterite XII Indictionis per manus prefati Andree de miro de quibus habet in pignus petia quinque de fronteria cum certis perlis et iocalibus sistentibus in eisdem ducatos duomilia. Item mutuavit nobis die decimo dicti mensis octobris eiusdem XII Indictionis quos solvit et exhibuit pro parte dicte nostre curie viro nobili landolfo maramauro de neapoli militi pro stipendiis certarum armigerarum gentium venientium huc de apulia sub conducta petri et leucii de teano militum ducatos septingentos Item mutuavit nobis quos solvit et exhibuit per manus loysii cursini de florentia ambassiatoribus nostris tunc sistentibus in dicta civitate constantie pro certa parte ducatorum duorum millium quingentorum octo quia reliqua quantitas eorum soluta fuit per loysium supradictum ducatos octingentos triginta sex. Item mutuavit nobis quos solvit pro parte nostre curie de mandato viri magnifici magni Senescalli Regni nostri sicilie collateralis consiliarii et fidelis nostri dilecti domino Regi Jacobo viro nostro pro expensis suis ducatos quatringentos. Item mutuavit nobis quos solvit die vicesimo sexto mensis octobris supradicti flammoliari de vincentia comestabulo certorum peditum quando conduxit se ad servitia nostra cum peditibus centum pro stipendiis suis ducatos quatringentos Item mutuavit nobis de mense novembris XII Indictionis predicte pro exequendis certis nostris agendis pro quibus habet et habere debet in pignus certam pecunie quantitatem nostre curie que duci et devehi debebat de partibus apulie ad civitatem nostram neapolis ducatos mille ducentos octuaginta quatuor Item mutuavit nobis quos solvit et exhibuit de nostro mandato die tertio mensis decembris dicte preterite XII Indictionis pro certa quantitate cere laborate assignate in castro nostro nono Neapolis ducatus centum quinquaginta Item mutuavit nobis per manus Angeli Staybani de maioro familiaris nostri ducatos centum quinquaginta. Item die sextodecimo dicti mensis decembris eiusdem XII Indictionis mutuavit nobis per manus nobilis mulieris mobilie de serpeneno domestice servitricis et fidelis nostre pro quibus habet in pignus petium unum de fronteria nostra magna cum certis perlis et iocalibus sistentibus in eodem ducatos mille Item mutuavit nobis quos solvit et exhibuit diversis vicibus et diebus pro expensis factis in adventu domini Cardinalis Venetiarum apostolice sedis legati infrascriptas pecunie quantitates videlicet pro lectis ducatos ducentos quinquaginta pro panno de auro et pro infoderatura palii pro eodem domino legato ducatos sexaginta Johanni de sinnicino et civite de Aquila comestabulis pro pagis eorum certi temporis ducatos quatringentos septem flammoliari comestabulo pro resta page sue mensis decembris ducatos ducentos octuaginta tres et leonello benciano de neapoli pro pensione cuiusdam domus nostre curie necessarie ducatos viginti quatuor que tota pecunia est in summa ducatorum mille viginti quatuor. Item quos prefatus gaspar debet recipere et habere a nostra curia pro lucro seu cambio vel comodo supradictarum pecuniarium quantitatum per eum nobis et nostre curie mutuatarum ut supra usque et per totum ultimum diem mensis decembris XII Indictionis preterite ducatos centum quinquaginta. Item mutuavit nobis pro tertia parte unius page solute prefato Francisco de ortona militi et hugoni de moliterno in Romana curia in qua tunc erant computo in eis cambio dicte pecunie ducatos ducentos novem Item mutuavit nobis per manus dicti Andree de Miro die secundo Januarii dicte preterite XII Indictionis pro certo mutuo facto per eum una cum aliis servitoribus nostris pro expensis necessariis prefato domino cardinali ducatos centum. Item de dicto mense Januarii mutuavit nobis per manus prefati Andree de Miro pro solutione page galearum nostrarum pro quibus habet a nobis in pignus petium unum de dicta fronteria nostra magna ducatos mille. Item dictus Gaspar debet a curia nostra recipere et habere pro interesse seu cambio prafatarum pecuniarum quantitatum per eum nostre maiestati ut predicitur mutuatarum pro mensibus ianuarii et februarii duodecime Indictionis predicte

ad rationem de duodecim per centenarium ducatos ducentos, Item mutuavit nobis pro paga sociorum quondam florentini Comestabuli qui venerat de civitate Hostie excomputandos in pagis eorum ducatos ducentos, Et pro provisione mensis unius illustris principis domini Jordani de Columpna ducis Venusii fratris domini nostri pape quare est a nostra curia percepturus ducatos mille, qui ducati mille ducenti fuerunt de pecunia recepta per dictum Gasparem pro parte nostre curie a viro magnifico Comite Sinopolis pro emptione castri Balnearie per eum pridem a nostra curia facta, qui sunt in summa dicti ducati mille ducenti, Item mutuavit nobis solutos per eundem Gasparem pro stipendiis dictarum Galearum nostrarum sistentium in servitiis nostris excomputandos in pagis eorum certi temporis que sunt et erant a nostra curia percepturi ducatos duomilia sexdecim, Item mutuavit nobis de mense martii duodecime Indictionis predicte solutas de nostro mandato certis sociis exeuntibus de castro nostro novo predicti, per manus supradicti Andree de Miro ducatos centum, Item mutuavit nobis de dicto mense martii prefate duodecime Indictionis quos solvit et exhibuit in manibus nostris propriis pro emptione certe quantitatis frumenti ducatos quadringentos, Item mutuavit nobis per manus prefati Andree de Miro de prefato mense martii duodecime Indictionis predicte pro supplemento pagarum mensis Aprilis supradicti Hugonis de moliterno et sir pascalis de Theranio tunc oratorum nostrorum in romana curia ducatos quinquaginta; Item mutuavit nobis quos promisit pro parte nostre maiestatis Silvestro de vinaldis de Janua pro resta solutionis thuminorum frumenti nongentorum emptorum per nostram curiam pro faciendo Biscocto ad rationem de tarenis tribus et granis quinque pro quolibet thumino quia reliqua quantitas pecunie eidem soluta fuit per loysium Cursinum de florentia ducatos quatringentos quinque, Item mutuavit nobis quos solvit viro nobili Geraldo Boyardo de mense Aprilis dicte duodecime Indictionis donatos sibi per nos pro resta pensionis et expensis suis ducatos quingentos, Item mutuavit nobis quos solvit de mandato nostro oretenus sibi facto patronis Galearum nostrarum predictarum sistentium ad servitia nostra excomputandos in stipendiis ipsorum per manus Antonelli Baroni Thesaurarii nostri pro quibus habuit in pignus petium unum de dicta fronteria nostra magna ducatos mille, Item quos prefatus Gaspar debet recipere et habere a curia nostra pro lucro seu interesse totius predicte pecunie nobis mutuate per eundem Gasparem ad rationem per duodecim per centenarium usque et per totum ultimum diem mensis Augusti duodecime Indictionis predicte ducatos octingentos viginti, Item mutuavit nobis solutos per eum ladislao manganelle de Gayeta pro recaptu et habitione castri civitatis nostre Yscle pro certa munitione in eo sistente ducatos mille sexcentos. Item mutuavit nobis quos solvit pro parte nostre maiestatis pro recaptu castri nostri capistrelli de manibus castellani tunc in eo sistentis computato lucro seu interesse in summa dicte pecunie pro quibus habuit in pignus petium unum de fronteria nostra magna ducatos nongentos quinquaginta Item in alia manu mutuavit nobis prefatus Gaspar quos solvit et exhibuit de mandato nostro in pecunia et in pagnis pro paga dictarum Galearum nostrarum, die scilicet vicesimo tertio mensis iunii dicte preterite duodecime Indictionis pro quibus habuit in pignus petia duo de dicta fronteria magna nostra ducatos duomilia. Item tenetur recipere et habere dictus Gaspar a nostra curia et nos sibi dare tenemur quos Gaspar idem de sua propria pecunia nobis solvit per manus dicti Andree de miro pro prima paga pecunie collettarum terrarum comitis et comitisse celani provintiarum aprutii citra et ultra pro dicto anno preterite duodecime Indictionis ducatos de auro octingento triginta tres cui comitisse scripsimus et mandavimus quod dictos ducatos octingentos triginta tres eidem Gaspari vel alteri sui parte assignaret quam comitissam propter violentiam illatam per virum magnificum comitem de carraria militem etc. terris et locis ipsius comitisse oportuit dictam pecuniam solvere prefato comiti de carraria et hac de causa nos et nostra curia debitrices

remansimus et sumus eidem Gaspari tam in dictis ducatis octingentis triginta tribus per eum nobis de dicta propria sua pecunia solutis quam pro interesse seu provisione dicte pecunie quia in principio anni dicte preterite duodecime Indictionis dictam pecuniam nostre maiestati solvit in aliis ducatis sexagintaseptem que tota pecunia est in summa ducati nongenti, et subsequenter prefatus Gaspar recepit et habuit pro parte nostre curie excomputandos in debitis que est a dicta nostra curia percepturus a viro nobili Ursillo minutolo de neapoli milite commissario nostro in provintia capitinate de mense maii dicte duodecime Indictionis quos promisit de summa pecunie collecte nostre felicis coronationis per eum recolligenda in dicta provintia capitinate ducatos mille, Item recepit et habuit a Joanne carduyno magistro portulano et commissario nostro in partibus apulie de mandato nostro sibi propterea facto excomputandos ut supra de pecunia dohane melfi etc. et cabelle ferri provincie terre bari venditarum per dictum Johannem pro presenti anno tercie decime Indictionis ducatos octingentos septuaginta. Item prefatus Gaspar recepit et habuit pro parte nostre curie ab eodem Johanne carduyno de pecunia cabellarum sancti Severii et Gullyonisii venditarum per eundem Johannem pro dicto presenti anno tertie decime Indictionis ducatos quingentos Item recepit et habuit excomputandos ut supra pro parte nostre curie a supradicta comitissa celani pro quatuor collectis terrarum suarum provintie terre laboris anno dicte preterite duodecime Indictionis ducatos trecentos quatraginta quatuor. Item quos recepit et habuit pro frumento quod devehi debebat de partibus apulie quia illud assecurari fecit pro parte nostre curie excomputandos per eum ut supra ducatos mille ducentos, Item recepit et habuit a prefato Ursillo minutolo pro mutuo facto per eum in officio magistratus camere in officio dicte provintie capitinate pro dicto presenti anno XIII Indictionis ducatos octingentos Item recepit et habuit pro quadam promissione sibi facta pro parte nostre curie per supradictum comitem sinopulis pro castro balnearie excomputandos ut supra ducatos mille ducentos, Item recepit et habuit pro parte nostre curie a gerardino nanni combicis de francavilla pro mutuo facto per eum in officio magistratus camere in officio aprucii ultra pro dicto anno presenti tertiedecime Indictionis ducatos septingentos Item recepit et habuit vigore et auctoritate cuiusdam mandati nostri sibi per nos facti et concessi in civitate Trani super pecunia collettarum dicte civitatis pro dicto presenti anno tertiedecime Indictionis execomputandos ut supra ducatos duomilia sexcentos sexdecim. Item recepit et habuit pro parte nostre curie excomputandos ut supra de pecunia secretie et salis aprutii partium quos sibi acceptavimus per nostras acceptatorias litteras ducatos mille. Item recepit et habuit de mandato nostro excomputandos ut supra a viro nobili nicolao marino de summa de neapoli militi pro resta pecunie per eum nostre curie mutuate super officio magistratus camere provincie terre Laboris pro dicto presenti anno tertie decime indictionis ducatos septingentos. Item assignare fecimus dicto Gaspari pro resta pecunie mutuate in officio magistratus camere provincie principatus ultra pro dicto presenti anno per nicolaum antonium de cennamo de neapoli excomputandos ut supra ducatos quatringentos. Item assignari fecimus eidem gaspari de summa pecunie mutuate dicte nostre curie per prefatum nicolaum marinum super officio magistratus camere terrarum Reginalium maternarum provincie terre laboris pro dicto presenti anno excomputandos ut supra ducatos ducentos, Item assignari fecimus eidem gaspari per raymundum cassianum de neapoli pro resta mutui facti per eum super officio magistratus camere provincie terre ydronti pro dicto presenti anno XIII Indictionis excomputandos ut supra ducatos quatringentos Item assignari fecimus eidem Gaspari a nicolao de corrado de neapoli pro resta pecunie mutuate per eum nostre curie super officio principatus camere principatus tarenti pro dicto presenti anno XIII Indictionis ducatos trecentos sicque facta diligenti collatione et calculo de supradictis omnibus pecuniarum quantitatibus per ipsum Gasparem pro toto predicto

tempore et usque in presentem diem nobis mutuatis ac per eum solutis habitis et perceptis ac de dicto earum introytu qui est ducati viginti quatuor milia trecenti sexdecim et tareni tres ad prefatum exitum qui est ducati duodecim milia ducenti triginta, introitus ipse dictum superat exitum in dictis ducatis de auro duodecim milibus octuginta sex et tarenis tribus in quibus dicto Gaspari sumus rationabiliter debitrices. Et intendentes prefatum Gasparem de illis reddere plene cautum et sibi satisfacere de eisdem eidem Gaspari coram nobis presenti et recipienti earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia ac sub verba et fide nostris Regalibus promittimus et firmiter pollicemur restituere et assignare seu restitui et assignari facere sibi aut personam legitimam pro eodem absque alicuius contradictionis obiectu iam dictos ducatos de auro duodecim milia octuaginta sex et tarenos tres in quibus introitus ipse prefatum superat et superavit exitum et in quibus dicto Gaspari sumus ut predicitur debitrices vel ad omnem dicti Gasparis requisitionem fieri mandare et facere nostras efficaces licteras seu cedulas et mandata dirigendas et dirigenda quibusvis nostris officialibus per eum eligendis de solutione dictorum restantium ducatorum de auro duodecim milium octuaginta sex et tarenorum trium vel partis eorum sicud dictus Gaspar duxerit eligendum et in casu quo dictus Gaspar teneretur et deberet dare et solvere nobis et nostre curie tam nomine suo proprio quam nomine et pro parte aliarum quarumcumque personarum aliquas pecuniarum quantitates ex quibus pretextibus sive causis sibi ex nunc de dicta certa nostra scientia ipsarum tenore presentium plenam licentiam traddidimus et liberam potestatem quod dictas quantitates pecuniarum per eum suo vel predictorum aliorum nomine nobis et curie nostre debitas usque scilicet dictorum restantium ducatorum duodecim milium, octingenta sex et tarenorum trium et in eorum extenuatione possit et valeat earundem auctoritate presentium sibi libere et integre retinere suis comodis apponendas eoque casu dictus Gaspar teneatur et debeat restituere et assignare nobis vel cui mandaverimus nostri parte supradicta pignora que a nobis ut predicitur tenuit et tenet absque cavillatione vel contraditione quacunque quarum quidem quantitatum pecuniarum retentionem per eundem Gasparem usque dum taxat ad summam prescriptam ut predicitur faciendam ratam et gratam habentes illam sibi ex nunc prout ex tunc earundem vigore presentium acceptamus ac mandamus et volumus sibi omni tempore per nos nostram curiam ac nostros officiales quoscunque audiri acceptari et admicti sine nota cuiuslibet questionis nullis cautelis aliis quam presentibus ab eodem Gaspare propterea quomodolibet requirendis, et in casu quo dictus Gaspar non reciperet vel haberet atque recipere vel habere posset in toto vel in parte aliquam vel aliquas ex dictis pecuniarum quantitatibus de quibus sibi assignationes fieri fecerimus seu mandabimus aut per nos sibi assignari provisis teneamur eo casu satisfacere sibi dictis pecuniarum quantitatibus vel earum residuis quantitatibus si que erunt tanquam sibi per nos assignationes facte non essent vel fierent de eisdem et in predictis promictimus modo simili non contravenire aliquo exquisito ingenio seu colore sed ea actendere et inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium atque fidem presentes litteras exinde fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo iuximus communiri quas pro ipsarum validiori robore et ex certis nos causis moventibus subscripsimus et dedimus propria manu nostra ritu vel ordinatione aut observantia nostre curie quacunque contraria non obstante. Data in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini millesimo CCCCXVIIII die VII mensis octobris XIII Indictionis Regnorum nostrorum anno sexto.

De mandato Reginali—Vita de graniano et Antonello barono thesaurario referentibus. Johannellus.

LIII.

Anno 1419. 11 Ottobre. 13ª Indizione — Napoli.

La Regina Giovanna II prende danaro a mutuo dando pegni.

Registro Angioino 1419. n 375. fol. 9.

Johanna secunda etc: Tenore presentium notum facimus universis earum seriem inspecturis tam presentibus quam futuris quod vir nobilis Gerardus de Sardis de pisis mercator neapoli commorans familiaris fidelis et devotus noster dilectus infra annos undecime et duodecime indictionum proximo preteritarum ac per diversas vices dies et tempora annorum predictorum mutuavit nobis de propria sua pecunia et infrascriptis personis ac pro infrascriptis causis et rebus solvit et exhibuit ad nostre requisitionis instantiam et ad diversa mandata nostra per nos diversis vicibus oretenus sibi facta infrascriptas pecunie quantitates videlicet in primis mutuavit nobis et in manibus nostris assignavit et tradidit de dicta propria sua pecunia olim de mense septembris anni nuper elapse predicte undecime indictionis ducatos de auro mille sexcentos tresdecim tarenos tres et grana quindecim de quibus recepit tunc a nobis de pecunia percepta per eum ex venditione diversorum vasorum de argento laborato diversorum generum ponderis librarum decem et octo venditorum per ipsum Gerardum ad diversas rationes ducatorum de auro centum quatraginta quatuor et ex venditione trium biccheriorum nostrorum de cristallo per eum similiter venditorum ad rationem de ducatis decem et octo pro quolibet ipsorum ducatorum de auro quinquaginta quatuor quibus deductis de summa dicte pecunie per ipsum Gerardum nobis mutuate usque per totum vicesimum quartum diem dicti mensis septembris predicte preterite undecime indictionis restant et restat a nobis recipere ducatos de auro mille quadringentos quinquaginta unum tarenos tres et grana quindecim pro quibus habuit et habet in pignus a nobis nostra iocalia infrascripta videlicet Conam unam in uno circulo de auro cum certis perlis et iocalibus in eo sistentibus. Item firmaleum unum cum uno Gualasso grosso cum uno diamante in tribus perlis Item firmaleum unum cum duobus rubinis uno diamante et sex perlis et langenam unam de vitro domastinam Item mutuavit nobis et manualiter solvit die vicesimo nono mensis septembris dicti anni preterite duodecime indictionis per manus viri nobilis Andree de miro de Graniano nunc camere nostre Summarie presidentis ducatos trecentos pro quibus habet in pignus fronteriam unam nostram parvam. Item de dicto mense septembris dicte duodecime indictionis preterite mutuavit nobis per manus dicti Andree de miro ducatos tria milia pro quibus habuit in pignus collareum unum de auro cum perlis et diversis iocalibus et lapidibus pretiosis in eo sistentibus Item mutuavit nobis quos de nostro mandato solvit domino legato nunc neapoli sistente ducatos mille sexcentos et pro cambio dicte pecunie ab urbe neapolis ducatos nonaginta sex qui sunt in totum ducati mille sexcenti nonaginta sex. Item mutuavit nobis per manus Breti sardi eius fratris quos de nostro mandato solvit dicto Andree de miro pro faciendis expensis in adventu dicti domini legati et domini ducis venusii ducatos centum. Item de mense februarii dicte preterite duodecime indictionis mutuavit nobis per manus supradicti Breti eius fratris pro dandis pagis galeis nostris ducatos sexcentos pro quibus habuit et habet in pignus petium unum de fronteria nostra magna. Item pro interesse seu lucro dicte pecunie ab illo die quo pecuniam ipsam solvit et per totum proximo preteritum mensem septembris presentis anni tercie decime indictionis ad rationem de duodecim per centenarium ducatos nongentos quin-

decim Item mutuavit nobis die nono iunii dicte preterite duodecime indictionis pro recaptu castri capistrelli in parvis ducatos mille trecentos triginta tres. Item quos ad requisitionem nostram promisit certo modo solvere de propria sua pecunia viris nobilibus zarlecto carazulo militi et Gualterio carazulo de neapoli eius fratri nostri hospicii magistro hostiario pro recaptu castri neocastri de provincia calabra et de illis eos cautos fecit ducatos mille trecentos pro quibus habuit et habet a nobis in pignus petias triginta tres pannorum de florentia que fuerunt luce marci de florencia mercatoris neapoli commorantis Item debet habere pro cambio seu interesse certe quantitatis pecunie mutuate per eum nobis in Civitate neapolis per manus supradicti Andree de miro quam assignari fecimus viro magnifico magno Senescallo Regni nostri Sicilie intervenienti romam pro actis nostris agendis et de qua propemodum dicto Gerardo facta fuit de nostro mandato assignatio et restitutio in partibus Apulie ducatos quinquaginta Item mutuavit nobis de mense decembris dicte preterite duodecime indictionis in urbe ad relationem et requisitionem dicti magni Senescalli pro duabus pagis sociorum condam florentini tunc sistentium in fortellitio hostie ducatos octingentos Item mutuavit nobis et solvit infra prefatum mensem decembris de mandato dicti magni Senescalli Riccardo grictule de sancto Jacobo de Gaieta tunc castellano castri Sancti Angeli de urbe pro complemento gagiorum suorum nove rationis sue ducatos mille quadringentos vigintiquinque Item debet habere pro cambio dicte pecunie per eum solute in urbe dicto condam florentino et prefato Riccardo castellano ad rationem de sex per centenarium ducatos centum triginta tres tarenos duos et grana decem. Item solvit mutui nomine et pro parte nostre curie in civitate nostra Gaiete pro thuminis frumenti tercentis pro faciendo biscocto pro dictis galeis nostris et pro confectura illius ducatos centum nonaginta sex Item habere debet pro interesse seu lucro dicte pecunie per eum in urbe et Gaiete solute mensium scilicet octo finiendorum seu qui finiti fuerunt per totum primum diem dicti preteriti mensis septembris eiusdem presentis anni tertie decime indictionis ad rationem de duodecim per centenarium ducatos ducentos quatuor et numeravit nobis per manus supradicti Andree de miro die quartodecimo mensis aprilis dicti anni preterite duodecime indictionis pro faciendis certis expensis nobis necessariis ducatos de auro octingentos que tota pecunia per ipsum Gerardum nobis mutuata est in summa ducati de auro quatuordecim milia tercenti quatuor tareni duo et grana quindecim Et subsequenter dictus Gerardus accepit et habuit pro parte nostre curie excomputandos in dicta pecunia quam est a dicta nostra curia recepturus a dicto domino legato de pecunia sibi assignata per nostram curiam per manus dicti Gerardi quos per eum dicto Gerardo assignari fecimus ducatos de auro mille sexcentos et pro capitania et cabellis Civitatis nostre Tropee de provincia calabra emptis per eum a nostra curia pro annis quartedecime et quintedecime indictionum primo futurarum deductis omnibus provisionibus et aliis oneribus cabellarum ipsarum quas per eumdem Gerardum retineri volumus excomputandas ut supra ducatos de auro mille que pecunia per ipsum Gerardum mutuata est in summa ducati de auro duo milia sexcenti Sicque facta diligenti collatione et calculo de supradictis omnibus pecunie quantitatibus per ipsum Gerardum pro toto predicto tempore et usque per totum prefatum preteritum mensem septembris dicti presentis anni tertie decime indictionis nobis mutuatis nec non per eum solutis habitis et perceptis ac de dicto earum introytu qui est ducati quatuordecim milia tercenti quatuor tareni duo et grana quindecim ad prefatum exitum qui est ducati de auro duo milia sexcenti Introytus ipse dictum superat exitum in prefatis ducatis de auro undecim milibus septingentis quatuor tarenis duobus et granis quindecim de quibus dicto Gerardo sumus rationabiliter debitrices Et intendentes eum de illis reddere plene cautum et sibi satisfacere de eisdem prefato Gerardo coram nobis presenti et recipienti earumdem tenore presentium de dicta certa nostra scientia ac sub verbo et fide nostris regalibus pro-

mictimus et firmiter pollicemur restituere et assignare seu restitui et assignari sibi aut persone legitime pro eodem absque alicuius condictionis obiectu iam dictos ducatos de auro undecim milia septingentos quatuor tarenos duos et grana quindecim in quibus introytus ipse prefatum superavit et superat exitum et in quibus dicto Gerardo sumus ut pridem debitrices vel ad omnem dicti Gerardi requisitionem fieri mandare et facere nostras efficaces litteras seu cedulas vel mandata dirigendas et dirigenda quibusvis nostris officialibus per eum eligendis de solutione dictorum restantium ducatorum de auro undecim milium septingentorum quatuor tarenorum duorum et granorum quindecim vel partis eorum sicut dictus Gerardus duxerit eligendum Et in casu quo dictus Gerardus teneretur et deberet dare et solvere nobis et curie nostre tam nomine suo proprio quam nomine et pro parte aliarum quarumcumque personarum aliquas pecunie quantitates ex quibusvis pretextibus sive causis sibi eximere de dicta certa nostra scientia ipsarum tenore presentium plenam licentiam tradimus et liberam potestatem quod dictas pecuniarum quantitates per eum suo vel predictorum aliorum nomine nobis et ipsi curie nostre debitas usque scilicet ad summam dictorum restantium ducatorum de auro undecimmilium septingentorum quatuor tarenorum duorum et granorum quindecim et in eorum extenuationem possit et valeat earumdem auctoritate presentium sibi libere et integre retinere suis comodis applicandas eoque casu dictus Gerardus teneatur et debeat eis restituere et assignare nobis vel cui mandaverimus nostri parte supradicta pignora que a nobis ut pridem tenuit et tenet absque cavillatione vel contradictione quacumque quarum quidem pecunie quantitatum retentarum per eumdem Gerardum usque dumtaxat ad summam prescriptam ut predicitur faciendam ratam et gratam habentes illa sibi ex nunc prout ex tunc de dicta certa nostra scientia ipsarum tenore presentium acceptamus ac mandamus et volumus sibi per nos et nostram curiam ac nostros officiales quoscumque audiri acceptari et admitti absque nota cuiuslibet questionis et absque cautelis aliisque presentibus ab eo exinde quomodolibet requirendis. Et in casu quo dictus Gerardus non reciperet neque recipere vel habere posset aliquam vel aliquas ex predictis pecunie quantitatibus de quibus sibi assignationes fieri faciemus sive mandabimus aut per nos sibi assignari provisis teneamur eo casu satisfacere sibi de dictis pecunie quantitatibus vel earum residuis quantitatibus si qua essent tamquam si sibi per nos assignationes facte non essent neque fierent de eisdem et in predictis promictimus modo simili non convenire. aliquo exquisito ingenio seu colore sed ea attendere et inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium atque fidem presentes litteras exinde fieri et pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Quas pro ipsarum validiori robore dedimus et subscripsimus propria manu nostra ritu vel ordinatione nostre curie quacumque contraria non obstante. Datum in castro nostro novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXViiij die undecimo octobris decime tertie indictionis Regnorum nostrorum anno sexto.

De mandato Reginali Vito de Erremano referente — Johannellus.

LIV.

Anno 1420. 11 Marzo. 13ª Indizione — Napoli.

Il notaio Masello di Chieti e suo figlio Mariano ricorrono alla regina Giovanna II perchè essi debbono godere dell' indulto generale da lei emanato in occasione della sua incoronazione.

Registro Angioino 1419. n. 375. fol. 111.

Johanna Secunda dei gratia Hungarie Jerusalem Sicilie Dalmatie Croacie Rame Servie Galicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Regina provincie et forcalquerii ac Pedimontis Comitissa. Magistro Iustitiario Regni nostri Sicilie eiusque locumtenenti et iudicibus Magne Curie nec non vicemgerentibus Iustitiariis Capitaneis Ceterisque officialibus maioribus et minoribus quocumque nomine nuncupatis ac officio et iurisdictione fungentibus eorumque locatenentibus ubilibet in toto Regno nostro Sicilie et presertim utroque Aprutio ac civitate nostra Theatina Constitutis Camerarique et civili Curie eiusdem Civitatis nostre Theatine tam ordinariis quam delegatis presentibus et futuris fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Nuper pro parte notarii Maselli Magistri Thome de supradicta Civitate nostra Theatina et Mariani eius filii nostrorum fidelium dilectorum Culmini nostro fuit oblata petitio tenoris et continentie subsequentis. Sacre Reginali Maiestati post terre osculum ante pedes. Pro parte notarii Maselli Magistri Thome de Civitate Theatina et Mariani eius filii Reverenter exponitur. Quod olim ipsa benignissima Maiestas ad memoriam ipsius Maiestatis felicissime Coronationis et investiture Regni Sicilie ac pro pacifico statu Regni ac ad relevamen singulorum delinquentium afflictorum universalem et generalem indulgentiam de singulis criminibus et delictis maioribus et minoribus qualitercumque et quomodocumque commissis per quoscumque homines et personas dicti Regni vel etiam exteros in Regno prefato quibuscumque temporibus usque ad felicissimum diem vestre predicte felicissime coronationis etiam si causam Maiestatis prodicionis vel rebellionis saperent in quantum scilicet Curia tangitur sive fuerint delicta ex quibus pena personalis mortis Civilis vel naturalis aut etiam pecuniaria veniat imponenda prout publice et notorie predicte vestre Maiestatis iamdicto felicissimo coronationis die per Reverendum in Christo patrem Nicolaum Episcopum Tripiensem pro parte ipsius Maiestatis extitit singulis patefactum et iterum in sollempni parlamento puplico pro ipsius Maiestatis parte extitit humiliter enarratum. Cumque predicti exponentes incriminati fuerint et etiam infamati et de quibusdam banniti pecunialiter condempnati ad certam penam de nonnullis excessibus et delictis assertis commissis per eos retrolapsis temporibus et ante tempus predicte felicissime coronationis et dubitent ne contra eos per curiam Magistri Justitiarii Regni Sicilie vel eius locumtenentis ac per curiam vicemgerentis vel Justitiariorum utriusque aprutii et aliorum officialium dicti Regni presentium et futurorum aliquatenus procedatur velintque se ac intendant ex viribus dicte generalis indulgentie se tueri nec ipsam generalem indulgentiam in scriptis reperiant cum non fuerit in scriptis reddacta. Ea propter Eidem Maiestati cum omni qua possunt humilitate et Reverencia supplicant quatenus pro conservacione predicte generalis Indulgentie et pro ipsa firmiter observanda dignetur ipsa Maiestas mandare Magistro Justitiario Regni Sicilie vel eius locumtenenti et Judicibus Magne Curie nec non vicemgerentibus seu Justitiariis utriusque Aprutii ac Camerario et civili Curie Civitatis Theatine aliisque officialibus dicti Regni presentibus et successive futuris ordinariis vel delegatis. quod dictos exponentes pro

quibusvis criminibus et delictis homicidiis scilicet turbationibus status pacifici quarumcumque Civitatum et castrorum disrobacionibus captionibus personarum privatis carceribus furtis. violentiis fractionibus unionum et ligarum et aliis quibuscumque criminibus ingerentibus quamcumque penam personalem vel pecuniariam etiam si saperent penam criminis lese Maiestatis in quantum Curia tangitur ad eorum tribunalia non evocent turbent inquietent vel molestent ymmo ipsi et quilibet ipsorum et specialiter dictus Camerarius et Curia civilis si ad aliquem actum contra ipsos processerint illum debeant in irritum revocare et etiam annullare in quantum scilicet dicta Curia tangitur et ipsos predicta indulgentia generali gaudere faciant et permictant Quibuscumque legibus constitutionibus capitulis litteris et Rescriptis contra predictam indulgentiam dictantibus nullatenus obstituris et de predictis mandare fieri litteras oportunas cum clausula quod singulis vicibus post presentationem eamdem remaneant presentanti. Qua quidem peticione recepta Nos habita super premissis nostri consilii deliberacione matura licet publicum et notorium utrumque sit nos generalem indulgentiam universis et singulis hominibus et personis de omnibus et singulis excessibus criminibus et delictis per eos pro preteritis temporibus et usque in dictum diem felicis coronationis nostre quomodocumque et qualitercumque commissis in quantum scilicet nos et curia nostra tangebamur dicto die coronationis nostre concesserimus et fecerimus gratiose imperpetuum prout effectualiter prenarrantur in peticione prescripta. Tamen mote noviter supplicationibus notarii Maselli et Mariani eius filii predictorum ad eorum pleniorem securitatem et cautelam presentium tenore de certa nostra scientia cum predicti nostri consilii deliberatione matura testamur declaramus atque fatemur. Nos predicto die coronationis nostre predictam generalem remissionem et indulgentiam de nostri voluntate commissione beneplacito et mandato per prefatum Episcopum Tripiensem promulgatam de omnibus et singulis excessionibus criminibus per quascumque per quoscumque commissis pro totis temporibus retrohactis usque in dictum diem coronationis nostre in quantum nos et nostra Curia tangebamur et tangimur de insita nobis clemencia motu proprio gratiose imperpetuumque concessisse. Volentes et decernentes expresse quod huiusmodi nostra perpetua indulgentia et remissio pro omnibus excessibus criminibus et delictis per eosdem supplicantes et quemlibet eorum pro preteritis temporibus et usque in predictum diem coronationis nostre quomodocumque vel qualitercumque commissis etiam si penam criminis lese nostre Maiestatis naturam saperent extendatur et intelligatur ac extendi et intelligi debeat ad eosdem supplicantes et quemlibet eorum eisque et cuilibet eorum tenaciter et inviolabiliter observari in quantum videlicet nos et nostra Curia tangimur ut prefertur. Qua propter volumus et fidelitati vestre presentium serie de certa nostra scientia discricte precipimus et mandamus quatenus forma presentium per vos et vestrum quemlibet diligenter actenta et in omnibus inviolabiliter observata eosdem notarium Masellum Marianum eius filium aut eorum alterum pro quibusvis criminibus homicidiis excessibus et delictis turbationibus status pacifici quarumcumque Civitatum Terrarum Castrorum et locorum disrobationibus captionibus personarum privatis carceribus furtis violentiis fractionibus unionum et ligarum et quibusvis aliis infamiis et maleficiis cuiuscumque appellatione distinctis etiam si criminis lese nostre Maiestatis naturam saperent per vos et quemlibet eorum quomodocumque et qualitercumque ac ubicumque quantumcumque quantumque et contra quoscumque pro totis preteritis temporibus et usque in dictam diem coronacionis nostre commissis et patratis in quantum videlicet nos et nostra Curia tangimur a vestra seu alterius vestrum tribunalia non evocetis non citetis neque trahatis vel turbetis impetatis inquietetis vel molestetis civiliter vel criminaliter realiter vel personaliter in iudicio vel extra aut aliter quovismodo. Quin ymmo vos et quilibet vestrum et presertim vos Camerarie et Civilis curie prefate Civitatis nostre Theatine ut iudices ordinarii vel delegati seu alii quocumque ad premissa

iudices delegati si ad aliquem actum contra eos vel aliquem ipsorum procexistis et ex ipso actu ad aliquam execucionem manus vestras extendistis id in quantum nos et nostra Curia tangimur debeatis in irritum revocare ac totaliter annullare eosdem exponentes et quemlibet eorum sinatis et permictatis ac mandetis et faciatis fructu prefate nostre generalis indulgentie frui poterint et gaudere legibus iuribus Constitionibus Capitulis edictis statutis Rescriptis usibus consuetudinibus ritibus observanciis licteris commissionibus cedulis et mandatis atque privilegiis et quibuslibet aliis facientibus quomodolibet in adversum non obstantibus quoquomodo nec contrarium faciatis sicut habetis gratiam nostram caram et indignationem cupitis evitare Quia de propria nostra mente et intentione procedit. presentes autem litteras Magno pendenti Maiestatis nostre Sigillo munitas vobis in premissorum testimonium duximus dirigendas. Quas pro validiori Robore et cautela dedimus et subscripsimus propria manu nostra Ritu et observancia quacumque contraria et quibuscumque aliis facientibus in adversum non obstantibus quoquo modo. Quasve post eorum oportunam inspectionem pro cautela vicibus singulis restitui volumus presentanti. Datum in castro nostro novo Neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXX° die undecimo mensis marcii Xiij° Indictionis Regnorum nostrorum Anno sexto.

De mandato Reginali in consilio. Angelillus

LV.

Anno 1420. 16 Aprile. 13ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II concede a Filippo Mariangelo duca di Milano il privilegio di potere inquartare con le sue armi quelle di essa regina.

Registro Angioino 1419. n. 375. fol. 153 t.

Johanna Secunda Regina etc: Illustri principi philippo marie angelo duci mediolani papie anglerieque comiti etc. Consanguineo fratrique nostro carissimo salutem et felicium successuum incrementa ut notorie cunctis pateat verus perfectusque zelus qui inter nostram celsitudinem Illustremque fraternitatem tuam hinc inde reciproce indissolubiliter extat tum ex consanguinitatis affinitatisque vinculo tum ex vera vetustaque amicitia que ex bono et honesto inter inclitam nostram prosapiam Illustreque genus vestrum contracta interque nos et vos non solum frequentata set aucta esse dignoscitur deliberavimus ad perpetuum monumentum verumque pignus amoris erga Illustrem fraternitatem vestram patenter ostendere quibus vos diligamus vixeribus caritatis premissis itaque et aliis considerationibus digne mote vobis et vestris utriusque sexus heredibus imperpetuum decenter et honorifice quartarizandi nostra regalia arma seu Insignia cum vestris claris Insigniis sive armis eaque sic quartariczata tam in bellis quam in cunctis actibus deferendi illisque utendi tenore presentium de certa nostra scientia liberam et omnimodam concedimus licentiam et potestatem plenariam impartimur In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et magno nostro pendenti sigillo iussimus communiri Quas pro earum validiori robore dedimus et subscripsimus propria manu nostra Ritu et observancia nostre curie quacumque contraria non obstante, Datum in castro nostro Novo neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine

Anno domini millesimo quatringentesimo vicesimo die XVj mensis aprilis Xiii^{e} inditionis Regnorum nostrorum anno sexto.

De mandato Reginali oretenus facto.

Angelillus.

Presentibus Magno Senescallo Comite Mathere Comite Vigiliarum et domino francisco de orthona, Reginalibus consiliariis.

LVI.

Anno 1420. 28 Ottobre. 14^{a} Indizione — Napoli.

Allegranzia Pentella ricorre alla regina Giovanna II dicendo che per le ostilità di Sforza Attendolo, per la festa della sua incoronazione e per altre cause la Gran Corte non à tenuto tribunale per molti mesi, e poichè una sua lite per tali avvenimenti non à potuto essere decisa, implora la proroga del termine, che le viene accordato.

Registro 1419. n. 375. fol. 320.

Johanna Secunda Regina etc: Magistro Iustitiario Regni nostri Sicilie eiusque locumtenenti et iudicibus Magne curie consiliariis et fidelibus nostris dilectis gratiam etc: Intellectus bonus deducit in viam rectam dat intelligere iudicium cognoscere perspicaciter veritatem que dum prefertur rigori provide personis consideratis et causis plerumque benignius annuit quod avara rigiditas non concedit. Sane noviter pro parte Allegrantie Pentelle de neapoli fidelis nostre oblata fuit Maiestati nostre et in nostro consilio petitio reverens in serie subsequenti. Sacre Regali Maiestati Reverenter exponitur pro parte Allegrancie Pentelle de neapoli fidelis et devote vestre dicentis Quod olim exponens ipsa movit questionem seu causam contra philippum de balnearia de neapoli maritum exponentis predicte cum consensu auctoritate et voluntate cubilli de graciano Tubicte magno tunc domini magistri Iustitiarii Regni vestri Sicilie curatoris dati per ipsam magnam curiam dicto philippo furioso dementi et habenti dilucida intervalla ad omnia et singula infrascripta super prestatione alimentorum ipsius exponentis nec non et super dacione tradicione et assignatione certe pecunie quantitatis pro alimentis predictis non prestitis per eumdem philippum maritum suum seu alterum sui parte eidem exponenti et aliis prout in petitione exinde oblata in dicta Magna curia et actis dicte curie plenius et seriosus continetur. In qua quidem causa processum est per dictas partes seu earum procuratores pro eis usque ad conclusionem exclusive prout in actis dicte curie continetur. Verum quia olim de mense septembris anni Xj^{o} indictionis proximo preterite propter novitatem factam in civitate neapolis et in dicta magna curia per Sfortiam de cudiniola et propter ammotionem locumtenentis in dicta magna curia et mutationem domorum de loco ad locum dicta magna curia certa non fuit per spacium mensium sex seu circa nec non olim de mense octobris anni tertiedecime indictionis proximo preterite propter coronationem dicte domine nostre Regine dicta magna curia certa non fuit per spatium mensium quatuor seu circa. Et nichilominus a die quartodocimo mensis iunii dicti anni tertie decime indictionis et usque per totum quintumdecimum diem mensis septembris presentis anni quarte decime indictionis solemniter dicta curia certa non fuit propter obsidionem et guerram factam per dictum

Sfortiam in dicta civitate verum etiam infra tempus prime instantie pluries dicta Magna curia certa non fuit ex facto locumtenentis et Iudicum ipsius Magne curie propter quod per dictam Magnam curiam procedi non potuit ad anteriora ad terminationem cause predicte et subiuncto per ipsam exponentem in eadem expositione quod de instantia dicte cause supersunt dies viginti sex seu circa et per ipsam exponentem seu eius procuratorem non stetit quin dicta causa fine debito terminaretur infra triennium set stetit propter impedimentum predictum. propterea pro parte exponentis predicte vestre Maiestati humiliter supplicatur ne instantia dicte cause pereat antequam causa ipsa fine debito terminetur in dampnum et preiudicium exponentis eiusdem quod actentis predictis iustis causis de certa vestra scientia prorogari dignemini instantiam dicte cause a die finiendo predicte instantie in antea numerando usque ad annos tres infra quod tempus possit et valeat causa ipsa per dictam magnam curiam terminari et decidi iustitia mediante. Et proinde mandare fieri vestras licteras oportunas, cum clausulis consuetis debitis et oportunis apponi. post quam quidem petitionem oblatam nos considerantes quod negligentibus plerumque iuris negantur auxilia que vero processantibus tribuuntur et rationabili censura sit equum quod eidem supplicanti prefate allegate cause in prosequtione sue iusticie priudicialiter non obsistant iam dictum terminum annorum trium de quo prefati tantum dies viginti seu circa supersunt et cuius lapsus ut predicitur prope est usque ad alios menses sex ex nunc in antea numerandos Tenore presentium de certa nostra scientia et cum deliberatione assistentis nostri consilii iureperitorum prorogamus. fidelitati vestre harum serie de dicta certa nostra scientia commictimus et mandamus expresse quatenus vocatis coram vobis qui propterea fuerint evocandi non obstante lapsu dicti triennii quod ut predicitur prope est per eamdem iudicialiter instantiam quatenus est in illa rite processum sicut iustum fuerit in causa procedatis eadem illamque servata pari lance iustitia terminetis et etiam decidatis ut virtus iustitie ius suum unicuique tribuat et cursus temporis affluens impedimento probabili indebitum preiudicium non adducat has nostras litteras magno nostro pendenti sigillo munitas vobis propterea dirigentes. Remansuras usque ad illarum exequtionem debitam presentanti. Datum neapoli per virum magnificum christoforum gaytanum militem logothetam etc: Anno domini MCCCCXX die XXViij mensis octobris Xiiij indictionis Regnorum nostrorum Anno septimo. Angelillus

De mandato domini prothonotarii — Cum deliberatione assistentis Reginalis consilii iurisperitorum.

LVII.

Anno 1423. Giugno. 2ª Indizione.

Alfonso di Aragona nel giorno 25 di maggio 1423 ritiene Sir Gianni Caracciolo prigione in Castel Nuovo, e nel giorno seguente assedia la regina Giovanna II in Castel Capuano.

Registro 1423. n. 376. fol. 14.

(1) fuerit in registris nostris regalibus annotata et si de auctoritate nostra prout per inquisitionem de mandato nostre curie faciendam fuerit exinde valere comperta libere et iure proprio et imperpetuum ne tamquam rem nostram propriam vendidimus

(1) Il principio di questo documento è stato strappato e distrutto in tempi remoti.

et alienavimus presentis privilegii nostri tenore et ex causa venditionis eiusdem per secretum nostrum annulum damus tradimus et assignamus prefato Johannello Zurulo comiti sancti Angeli etc. ementi et recipienti pro se et eius utriusque sexus heredibus ex eius corpore legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris imperpetuum pro pretio quidem . . . . . ac integro et finali pagamento venditionis auctionis predicte et iurium eius omnium predictorum ducatorum auri duodecim milium portionis seu rate eundem comitem sancti Angeli contingentis tam de talea triginta milium ducatorum infrascriptorum Baronum Cathalanorum captivorum , videlicet Bernardi Sentigelyes Johannis de montaca Raymundi de prullitis et petri saccavi siculi militum quos pro statu et utilitate maiestatis nostre et reipublice huius regni habere voluimus et habuimus ac habemus in nostris manibus et potestate ad faciendum de illis quicquid nostre maiestati placuerit et melius visum erit quam de talea omnium aliorum cathalanorum siculorum et subditorum Regis aragonum debellatorum et captorum, nam die vicesimoquinto proximi preteriti mensis maii prefatus Rex aragonum magnum senescallum Regni sicilie collateralem et consiliarium nostrum qui ab eodem Rege sub bulla aurea securitatis habuerat arrestari ac capi castro nostro novo Neapoli fecerat de persona quo capto eodem die idem Rex cum magna manu suorum armatorum venerat ad hoc castrum nostrum capuanum causa illud et propriam personam nostram cum fraudelentia et violentia capiendi quod fecisset nisi quod sicut divini beneplaciti fuit de certo dolo predictus castellanus et socii sistentes in custodia portarum dicti castri nudis ensibus invasi se et dictam portam viriliter defensarunt dictumque Regem et eius gentem prohibuerunt ab introytu dicti castri sequenti autem die dictum castrum per eundem Regem et eius gentem conclusum fuit de foris et obsessum multis et magnis sbarris et fossis sed vicesimo septimo eiusdem mensis Maii circa meridiem magnificus et strenuus armorum capitanens Sfortia de actendolis comes cudiniole sancte Romane Ecclesie confalonerius compater consiliarius et fidelis noster dilectus et prefatus comes sancti angeli eius conducterius et socjalis cum eorum potentissimo exercitu Regias gentes armigeras equites et pedites commisso hinc inde atrocissimo bello strenuissime debellarunt atque fuderunt nosque a dicta obsidione victoriosissime liberaverunt in quo conflictu capti sunt prenominati quasi omnes alii Regni primates proceres et barones inter nos et nostram curiam et dictum comitem convento pro venditione iam dicta Et intestamus iam dictum Johannellum comitem sancti angeli honore dignitate et titulo dicti comitatus prefate civitatis potentie ad eius heredes successores et posteros transmittendis eiusdem presentis privilegii nostri serie de dicta certa nostra scientia motuque proprio decoramus illustramus et pariter insignimus eum facientes et volentes de ipsius comitatus potentie honore dignitate et titulo bucinari. Mandantes insuper intendentes decernentes firmiter volentes et iubentes expresse de scientia et motu nostro predictis quod dictus Johannellus comes sancti angeli ex nunc in antea etiam potentie comes tam in scriptionibus appellationibus nominationibus quam causis aliis tituletur nominetur et etiam appelletur. Nec non et tanquam potentie comes illis honoribus et favoribus libertatibus immunitatibus exceptionibus privilegiis dignitatibus preheminentiis arbitriis prerogativis auctoribus potestatibus et gratiis ubilibet de cetero potiatur et gaudeat quibus alii comites dicti Regni et quibus dicti comitatus potentie comites qui extiterunt pro tempore potiti et gavisi preteritis temporibus extiterunt. Volentes et decernentes insuper earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia proprioque nostro motu et plenitudine nostre dominice potestatis quod de prefatarum generalis subventionis seu collecte et aliarum collectarum et fiscalium functionum ordinariarum et extraordinariarum dicte civitatis per nos eidem comiti una cum prefata civitate et omnibus aliis eius iuribus ut predicitur venditarum impositionibus recollectione exactione et habitione magnus cancellarius Regni nostri sicilie

eiusque locatenentes et presidentes in camera nostra summarie vicemgerentes iustitiarii capitanei Magistri camerarii commissarii Erarii Thesaurarii ceterique officiales nostri maiores et minores quocunque nomine nuncupati ac officio et iurisdictione fungentes eorumque locatenentes ubilibet in toto Regno nostro sicilie et presertim in prefata provincia basilicate constituti presentes et futuri se nullatenus impediant nec se aliquatenus intromictant quin ymo libere sinant et permictant officiorum suorum temporibus eundem Johannellum comitem et prefatos eius homines ac officiales vel deputandos per eos prefatos omnes collectiones et fiscales funciones predistinctas solum presentium auctoritate et absque aliis nostris vel alterius cuiuscunque litteris et mandatis imponere exigere recolligere percipere et habere nec contrarium faciant sicut habent gratiam nostram caram et indignationem cupiunt evitare. Quibuscunque commissionibus ordinationibus reformationibus generalibus vel specialibus litteris cedulis et mandatis revocationibus et ceteris factis et faciendis presentibus forte contrariis et quibuscunque facientibus in adversum quas et que in quantum presentibus adversarentur ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc decernimus earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia proprioque nostro motu et dominica potestate per inadvertentiam processurasque et processura quibusque in quantum presentibus sunt contrarie et contraria de dicta certa nostra scientia motuque proprio et dominica potestate iam dictis per presentes etiam si de presentibus de verbo ad verbum facerent mentionem totaliter derogamus.

LVIII.

Anno 1423. 1 Luglio. 2ª Indizione — Aversa.

La regina Giovanna II pubblica l'editto, col quale dichiara Alfonso di Aragona decaduto e privato della successione al regno di Napoli, e rivocata la donazione fattagli del Ducato di Calabria e del Vicariato del Regno.

Registro 1423. n. 376. fol. 22.

1) Vos prelatos requirimus et ortamur. vobis vero ceteris predistinctis districte precipimus et mandamus earumdem tenore presentium de dicta scientia certa nostra sub penis capitis proditionis rebellionis et perduellionis et infidelitatis ac publicationis et confiscationis omnium bonorum vestrorum mobilium et stabilium burgensaticorum et feudalium et aliorum quorumcumque cuiuscumque vocabuli appellatione distinctorum ac officiorum et dignitatum in quas si secus feceritis vos ipso facto et ipso iure de dicta nostra scientia per presentes cum deliberatione iam dicta motuque proprio et potestate dominica ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc volumus decernimus et censemus incurrisse contra quoslibet contra facientes absque misericordia infligendis quatenus statim auditis vel visis aut receptis presentibus seu ad vestri auditum et notitiam deductis eidem Regi omnem hobedientiam reverentiam et fidelitatem totaliter subtrahentes sibi tamquam prefata filiali arrogatione et regni successione dictique ducatus calabrie donationem rite privato ac a dicto vicariatus officio revocato et ammoto eiusque officialibus et gentibus ex nunc in antea de cetero in aliquo non pareatis nec hobediatis neque intendatis aut respondeatis comuniter vel divisim aut aliter quovis

(1) Il principio di questo editto è stato distrutto in tempi remoti.

modo. Quin ymmo eundem Regem dictosque eius officiales et gentes tamquam nostros et vestros capitales hostes inimicos et emulos in omnibus et per omnia tractetis reputetis ac hostiliter prosequi et contra eos insurgere usque ad eorum ultimum exterminium et ruynam totis viribus debeatis absolventes et liberantes vos et quemlibet vestrum earundem tenore presentium de dicta nostra scientia motu proprio et plenitudine potestatis nostrique consilii deliberatione ab omni vinculo et obligatione ligii homagii et fidelitatis ac cuiuscunque alterius generalis iuramenti ac promissionis per vos et quemlibet vestrum eidem Regi vel aliis aut alii eius parte quomodolibet prestitorum que omnia et cetera exinde subsecuta ac dependentia emergentia annexa et connexa ex eis de iam dictis certa nostra scientia motu proprio et potestate dominica cum dicta nostri consilii deliberatione earundem serie nullius decernimus esse roboris vel valoris cum in talibus de iuris censura semper nostra fidelitas intelligebatur iure nostri suppremi dominii reservata legibus iuribus constitutionibus capitulis edictis statutis licteris privilegiis ordinationibus commissionibus cedulis et mandatis sub quacumque forma et clausulis derogatoriis emanatis nec non Ritibus observantiis usibus consuetudinibus et quibuslibet aliis facientibus in adversum. Quibus omnibus et singulis in quantum presentibus adversantur et repugnant earundem tenore presentium de dictis certa nostra scientia. motu proprio et dominica potestate cum prefati nostri consilii deliberatione totaliter derogamus ac derogatum esse volumus decernimus et censemus non obstantibus quoquomodo nostre maiestatis interponendo decretum nec contrarium faciatis sicut habetis gratiam nostram caram ac indignationem et penas predictas cupitis evitare. Presentes autem licteras duplicatas magnoque maiestatis nostre sigillo munitas vobis in premissorum testimonium duximus dirigendas. Quas ex certis causis nos moventibus dedimus et subscripsimus propria manu nostra Ritu vel ordinatione aut observantia nostre curie quacunque contraria non obstante. Datum in castro nostro Averse per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCC vicesimo tertio die primo mensis Julii secunde Indictionis Regnorum nostrorum anno nono.

De mandato Reginali cum deliberatione consilii Angelillus.

LIX.

Anno 1427. 5 Novembre. 6ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II emana editto col quale dichiara ribelle chiunque segue le parti di Giacomo di Borbone Conte della Marca suo marito, il quale è fuggito dalla città di Napoli.

Registro 1423. n. 377. fol. 159.

Johanna Secunda Regina etc: Universis presentes licteras inspecturis tam fidelibus quam futuris. Delectamur in concedendis nostris benemerentibus graciis illasque interdum ut ab omni excludantur obstaculo cum casus exigit eis confirmando nostre nove donationis fulcimento munimus ut gratie ipse eis fructuose permaneant et nullius impugnationis obiectum impertinens pertimescant. Sane olim de Anno scilicet. . . . , . Indictionis elapse. Illustri Jacobo de Borbona. Comiti Marchie viro nostro de civitate nostra neapolis fugam latenter arripienti, qui cum nos debuisset reverenter tractare ad se totius Regni nostri Sicilie usurpans dominium revocavit destituens nos eodem,

quem tunc aliqui Regnicole comitarunt colentes nimium statum nostrum. Nos cupientes tunc a devio retrahere qui in ipsius comitis accesserunt comitiva patens Edictum nostrum fieri fecimus publice affiximus et divulgavimus per quod ediximus et Iniunsimus quod omnes regnicule qui cum eodem comite preter licentiam nostram accesserant sub pena rebellionis ac publicationis et confiscationis bonorum eorum omnium quas in causa contrarii ipso facto et ipso iure decernimus incursuros ad hobedienciam nostram et ad lares proprios infra menses sex ex tunc in antea numerandos reddire deberent quo quidem edicto per nos taliter facto et affixo multi Regnicole cum ipso comite sistentes et signanter franciscus de bellante miles Ipsi nostro non parentes edicto redire ad eamdem nostram hobedientiam et ad lares proprios infra dictum terminum contumaciter contempserunt notam inhobedientie et rebellionis incurrentes et in penam publicationis Annotationis et confiscationis dictorum bonorum eorum omnium scienter temere voluntarie et propriam incidentes, processuque temporis Serenissimo principe domino ludovico tercio nunc Calabrie et Andegavie duce unico filio nostro Carissimo qui noster tunc hostis erat castrametantes contra nos et statum nostrum in territorio civitatis nostre neapolis et deinde civitatem nostram Averse. Surrentum et multas terras nostras et alias occupantes Nos Regem Aragonum hostem nostrum notorium nostrum convocavimus in succursum, quo deliberante nobis succurrere virum nobilem baronem de boneto cum quodam navigio in nostrum promisit auxilium. Et ipse rex postmodum cum potenti exercitu galearum et navium in auxilium nostrum venit, Nosque tunc servitia per dictum baronem nobis prestita volentes aliquali gratitudine compensare eidem baroni de boneto quasdam domos que fuerunt dicti francisci de bellante rebellis nostri sitas in plathea aquarii regionis plathee portus civitatis nostre neapolis Ubi dicitur fontanola certis quidem ipsarum finibus limitatas que per ipsius francisci rebellionem notoriam et lesam maiestatis nostre crimen aliasque predictas penas quod et quas incurrant adliciendo favendo et assistendo contra nos et statum nostrum predictique edicti nostri tenorem prefato comiti Marchie et ex aliis etiam causis legitimis erant ad manus nostre curie iuste et rationabiliter devolute confiscate et fisci nostri comodis applicate donavimus et concessimus certo modo tollendo etiam omnia iura et actiones que et quas habere potuisset quilibet et quicumque cuiuscumque fuisset condicionis status et dignitatis qui tunc adherebant duci Andegavie nunc filio nostro carissimo de quibuscumque civitatibus terris et locis tunc adherentibus dicto duci sive averse sive Surrenti, et quarumcumque aliarum terrarum predictarum quorum nomina particulariter hic haberi volumus pro expressis excedendoque etiam eidem baroni beneficium legis omnis et bene a Zenone pro tutiori assecuratione concessionis nostre premisse sicut factum exinde nostre littere continuerunt hec et alia satis plene Et subsequenter prefatus baro de beneto certis considerationibus et causis impulsus prefatas domos que fuerunt dicti francisci de bellante per nos concessas eidem sicut sibi congruum et expediens visum fuit cum nostre Maiestatis conscientia beneplacito et licentia vendidit viro nobili Georgio de gennario de neapoli fideli nostro dilecto pro certo convento pretio inter eos confecto exinde publico instrumento in quo ponebantur hec et alia latius contineri. Et postremo secuta occupationis dicte civitatis nostre neapolis facta per dictum Regem Aragonum hostem nostrum que certo tempore in eius tyrapnide et dapnabili hobedientia mansit, Nos domos predictas cum iuribus et pertinentiis suis omnibus Nobili mulieri Magdalene de gaieta filie condam Viri nobilis Caroli de gaieta . . . . . militis legum doctoris Camere nostre Summarie presidentis dictique Georgii consorti fideli nostre dilecte pro se et suis heredibus et successoribus dedimus donavimus et concessimus de scientia certa nostra et in eam suosque heredes et successores cessimus transtulimus et concessimus omnia iura et actiones singulas que in et super dictis domibus vel earum parte quibuscumque familiaribus et tunc

adherentibus atque fautoribus tam dictorum Marchie comitis et aragonum regis tunc et nunc etiam nostrorum notoriorum hostium quam prefati Calabrie ducis filii nostri carissimi qui tunc se pro hoste nostro gerebat nostris utique rebellibus et emulis competebant tunc et competere in futurum forsitan potuissent tanquam devoluta et devolutas propter eorum rebellionem et adherenciam prefatis hostibus nostris eorumque sequacibus fautoribus et adherentibus factam in depressionem evidentissimam nostri status sicut hec et alia in licteris per nos dicte Magdalene concessis que postmodum fuerunt casualiter perdite ponebantur hec et alia plenius contineri Cuius donationis et cessionis vigore prefata Magdalena per se et alios eius nomine domos predictas tunc cepit et apprehendit et a certo preterito tempore tenuit et possedit ac ad presens possidet atque tenet. Verum ne propter amissionem litterarum nostrarum predictarum posset dicte Magdalene seu prefatis suis heredibus et successoribus super dictis domibus aliqua inferri noscia novitatis in futurum Volentes super hoc expedienter et salubriter providere, nec minus intendentes donacionem excessionem premissas per nos dicte Magdalene pro se dictis suis heredibus et successoribus factam de domibus predictis penitus esse firmam et nulli in posterum obstaculo subiacere. Consideratione presertim fidelitatis dicti condam sui genitoris et ipsius etiam Magdalene ac serviciorum gratorum et utilium per dictum condam Carolum genitorem ipsius Magdalene dum vixit nobis fideliter et utiliter prestitorum, que dicta Magdalena constituunt speciali gratia nostra dignam premissisque et nonnullis aliis considerationibus ad id inducentibus rationabiliter mentem nostram eidem Magdalene suisque predictis heredibus et successoribus universalibus et particularibus quibuscunque imperpetuum iam dictas domos que fuerunt supradicti francisci de bellante ut supra sitas et positas et ex premissis causis ab olim ad manus dicte nostre curie iuste et rationabiliter devolutas confiscatas et eiusdem fisci nostri comodis applicatas cum omnibus iuribus creditibus introitibus et exitibus et pertinentiis omnibus ad domos ipsas in integrum spectantibus et pertinentibus quovis modo in burgensaticum et burgensaticorum bonorum naturam francas utique liberas et exemptas ab omni prestatione servicii annui redditus sive census et cuiuslibet alterius specie et onere servitutis de certa nostra scientia supradictas earumdem tenore presentium confirmamus et de novo ad ulteriorem cautelam modo et forma premissis damus tradimus concedimus et donamus cum beneficio legis bene a Zenone et legis omnis ad habendum tenendum et possidendum domos easdem per dictam Magdalenam prefatosque suos heredes et successores locandum dislocandum vendendum alienandum permutandum donandum tradendum concedendum dividendum distribuendum relinquendum et legandum illisque dominandum et utifruendum ac de ipsis faciendum et disponendum prout et quatenus eis videbitur inter vivos vel in ultima voluntate velut de aliis bonis burgensaticis suis Et nichilominus in eadem Magdalena dictosque suos heredes et successores earumdem tenore presentium de dicta certa nostra scientia et proprio nostro motu nostrique reginali potestate cedimus transferimus et concedimus omnia et singula iura et actiones singulas reales et personales utiles mistas et in rescriptas competentia et competentes competitura et competituras quocumque iure modo titulo sive causa in et super dictis domibus vel aliqua parte ipsarum predictis vel quibusvis aliis tunc temporis adherentibus sequacibus et fautoribus dictorum comitis marchie et Andegavie ducis ac Regis Aragonum alteri vel aliis et cuilibet eorumdem etiam si ipsorum alicui nostri nunc fideles existerent tamquam devoluta et devolutas ex premissis iustis et rationabilibus causis ad eiusdem curie nostre manus eisque et ipsorum unicuique ac eorum et cuiuslibet ipsorum heredibus et successoribus et aliis etiam ab eis premissorum pretextu vel aliter quomodocumque tam habentibus vel habituris ipsarum tenore presentium de scientia motu et potestate quibus supra viam et aditum precludimus quidquid ullo umquam tempore agendi intentandi et ignovandi in

et super dictis domibus sive adversus prefatam Magdalenam ac heredes et successores suos predictos eosque et iudiciis et extra iudicia propterea conveniendi trahendi vexandi aut generaliter vel personaliter molestandi et molestatoribus ipsis si qui fuerint super predictis et singulis predictorum perpetuum silencium decrevimus imponendum ipsamque Magdalenam ac prefatos suos heredes et successores vel alios pro eisdem in et super dictis domibus earumque dominio proprietate et possessione tuendos esse et ex nunc et omni futuro tempore iustis favoribus protegendos investientes nichilominus prefatam Magdalenam pro se dictisque suis heredibus et successoribus de presenti nostra confirmatione novaque concessione et gratia per nostrum secretum annulum presentialiter ut est moris quam investituram vim et vigorem vere confirmacionis donacionis et realis assecutionis et certe dacionis domorum predictarum cum iuribus et pertinentiis earumdem volumus et decernimus tenere. Et ecce viris Magnificis. Magistro Iustitiario et Regentibus curie Vicarie dicti Regni nostri sicilie vel eorum locatenentibus et iudicibus magne et Vicarie curiarum nec non capitaneis dicte civitatis nostre neapolis suique districtus et locumtenentibus eorumdem similiter ceterisque nostris officialibus tam superioribus quam inferioribus ad quos spectat et spectare poterit quocumque fungantur officio vel titulo et denomiatione notentur ubicumque per dictum Regnum constitutis presentibus et futuris earumdem presentium auctoritate precipimus quatenus ipsi et quilibet eorum tam presentes quam futuri prenominatam Magdalenam ac prefatos suos heredes et successores aut alium vel alios pro eisdem domos predictas tenentes et possidentes super illarum possessione proprietate et dominio manuteant conservent protegant et defendant ipsosque a prefatis quibuscumque personis in predictis domibus ius vel actionem habere ut predicitur pretendentibus qui tempore concessionis premisse per nos de domibus ipsis supradicto baroni de boneto facte velut premictitur nostri rebelles vel inhobedientes fuissent sive adheissent et favissent contra nos et statum nostrum iamdictis comiti marchie et Aragonum Regi tunc et nunc etiam hostibus nostris notoriis prefatoque duci calabrie filio nostro qui tunc nobis emulabatur et se pro nostro hoste gerebat aut quibusvis aliis eorum vel alterius ipsorum nomine quibus viam et aditum agendi interpretandi vel ignorandi aliquid contra et adversus prefatam Magdalenam dictosque suos heredes et successores sive in et super domibus predictis de dicta nostra Reginali potestate preclusimus et predictos nostros officiales precludi volumus molestari vexari turbari vel impeti aliquatenus non permictant et contrarium non faciant sicut habent gratiam nostram caram et Indignationem nostram cupiunt evitare. In cuius etc: quas etc: Rem etc: datum in castro nostro Capuano neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini millesimo CCCCXXVII die V mensis novembris VI Indictionis Regnorum nostrorum anno Xiiij.

De mandato Reginali.

Domino Johanne Antonio referente. Johannellus.

LX.

Anno 1428. Agosto. 6ª Indizione — Napoli

La regina Giovanna II stabilisce i Capitoli della condotta di Giacomo Caldora.

Registro 1423. n. 377. fol. 148 t.

Johanna secunda etc. Universis et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem quod inter magnificum virum Jacobum Caldolam militem omnium armorum capitaneum consiliarium et fidelem nostrum dilectum

ex una parte et virum magnificum Johannem Denticem de neapoli militem nostrum Senescallum commissarium nostrum ex altera pridie videlicet die vicesimo secundo presentis mensis augusti presentis anni sexte Indictionis in castro Cerri inita facta conclusa et sigillata fuerunt capitula conducte dicti Jacobi ad nostra servitia et stipendia pro instanti anno septime indictionis primo future cum lanceis trecentis computatis tribus equitibus pro qualibet lancea cum stipendio ducatorum octo per lanceam et cum provisione sue persone ducatorum ducentorum per mensem prout in eisdem capitulis hec et alia latius continentur. Et licet prefatus Johannes commissarius noster a nobis non habuerit plenariam potestatem inhiendi et concludendi infrascripta Capitula Videlicet Et perche lo dicto Messere Johanne Dentice commissario predicto non ave commissione de impromectere le infrascripte cose condicioni e fatti che ademanda lo nominato singnore messere Jacobo procurare ipso messere Johanne che la Maiesta de Madamma acceptara le infrascripte cose et condicione adimandate da lo nominato singnore le quali son queste In primis videlicet che non obstante li supradicti capituli durino et in ipsi se contenga che el prefato singnore messere Jacobo sia tenuto ad refirmarise ad beneplacito de la Maiesta de Madamma ipso messere Jacobo no sia tenuto a la decta Referma se no a la conducta de lo anno de la septima Indizione predicta tantum. Item che non obstantibus superioribus la Maiesta de Madamma non degia recercare el dicto singnore Messer Jacobo o sua compagnia tucta omni parte statuendo ipso Messer Jacobo de fora del Reame in servizio de nostro singnore lo papa, et tornando in lo Reame infra el tempo de la dicta conducta et la dicta Maiesta volendo operare ipso singnore et la gente de la sua conducta de li dicti trecento lanze sia tenuto ipso singnore andare co la dicta conducta de lanze trecento altramente non volendo operare la persona del nominato singnore con tucta la prefata conducta no sia tenuto messer Jacobo predicto mandare piu che lanze cento, et piu songo stati per accordo el dicto messere Johanne commissario predicto el nominato singnore messere Jacobo, che in caso che la Maiesta de Madamma non volesse acceptare ne ratificare le conducte del proximo suprascripto capitolo zoe de la ferma de uno anno et no piu et de no potere requedere el dicto messer Jacobo ne la sua compagnia tucta o parte statuendo for del Reame a li servizii de lo nostro singnore et che essendo nel Reame non possa la Maiesta prefata volendo usare et operare la persona de ipso singnore operando camino del dicto trecento lanze et no volendo usare et operare la persona sua no possa requedere a la dicta conducta piu che lanze cento come in ipso capitulo proximo suprascripto se contene la presente conducta et presenti capituli siano per annullati et invalidi et nullius roboris et firmitatis censeantur et piu songo stati per accordo le decte parti che la Maiesta de Madamma ratificara et acceptara questo zoe che durante el tempo dela dicta ferma et conducta et sei mesi poi sine che el nominato signore Messere Jacobo stia in servitio de nostro singnore extra Regnum o vero infra Regnum non possa la Maiesta prefata per se vel alium ne degia pigliare ad suo servitio o provisione alcuno conducteri Comandanti homini darme et compangni de la compagnia de ipso singnore cuiuscumque gradus et conditionis existant dicti armigeri. Tamen ex certis iustis et rationabilibus causis digne moventibus mentem nostram et signanter ex consideratione quia dictus Jacobus est militaturus et accessurus in dicta sua conducta pro parte nostre Maiestatis ad servitia et obsequia Sanctissimi domini nostri pape, ne ipsius Jacobi retardari vel impediri quasi ad accessus quin ymo indelate valeat ad dicte Sanctitatis servicia et obsequia militare tam prescripta annotata capitula quam omnia et singula alia capitula dicte conducte que hic non ascribuntur quamvis ad ea dictus Johannes plenariam habeat potestatem et per consequens valida sunt et firma quorum tenorem haberi volumus presentibus pro sufficienter expresso et particulariter annotato tenore presentium de certa nostra scientia confirmamus ra-

tificamus acceptamus et approbamus ac nostre potestatis et auctoritatis presidio communimus eaque omnia promictimus et firmiter pollicemur sub verbo et fide Regalibus eidem Jacobo inviolabiliter observare et realiter adimplere. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri et magna pendenti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Quas etc. Rata etc. Datum in Castro nostro Capuano de neapoli per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXX VIIJ° die XX mensis augusti VJ indictionis Regnorum nostrorum anno XV.

De mandato Reginali oretenus facto Angelillus.
Domino Magno Senescallo etc. presente.

LXI.

Anno 1429. 14 Gennaio. 7ª Indizione — Napoli.

La Regina Giovanna II scrive a Mulebonfero re di Tunisi per il riscatto de' suoi sudditi che sono schiavi in quel regno.

Registro 1423. n. 377. fol. 163 t.

Johanna Secunda Regina etc: Illustrissimo principi domino Mulebonferis Regi Tunisij etc. Salutem in Christo et in Jhesu domino Caritatem. Reminiscentes de optima Amicitia quam habuistis cum Inclite memorie domino rege Ladislao reverendo Germano nostro quam vobiscum habere et frequentare intendimus nec non et placide recordantes de illis serennitatis vestre liberalissimis et amplissimis oblationibus ad quelibet nobis grata et placida ac statum nostrum concernentia quas per vestras licteras et per quosdam Januenses mercatores patronos navium Magestati nostre pronto animo fecistis quas ex tunc leto et placido corde acceptavimus sicut vobis de illis tunc sic etiam et nunc persolvimus gratias dignas ac recipere nos obferimus prout olim optulimus vestre serennitati prefate ad similia et maiora disposite Vobiscum bonam habere et frequentare sicut pridem Amicitiam atque pacem. Ceterum ut iam dictarum vestrarum liberalissimarum oblationum utamur effectu eamdem serennitatem ab intimis precordiis rogitamus quatenus nostros regnicolas in regno vestro captivos et servos persistentes nostri contemplatione sussipientes propensius commandatos, eosdem nobis condonare et liberare ac ad nos transmittere placeat per virum nobilem petrum . . . . . (1) de Janua navis patronum nam pro illorum liberatione pecuniam quam pro nunc reperiri possibile fuit ad serennitatem vestram tempore liberationis eorum curabimus destinare. Deputantes illorum liberationem ab ipsa serennitate ad singulare munus et ad complacentiam satis grandem. si qua autem ex hoc regno nostro vobis sunt placida nobis significare placeat nam disposite sumus adimplere vestrum desiderium super hiis. Super quibus iam dicto petro patrono navis certa commisimus per eum vestre serennitati nostri parte viva voce oretenus referenda. Placeat itaque eius relatibus tamquam nostris propriis adhibere credencie plenam fidem. Presentes etc: usque dirigendas quas dedimus propria manu nostra Datum in Castro nostro Capuano Civitatis neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXXViiij° die Xiiij mensis Januarii VII Indictionis Regnorum nostrorum Anno XV.°

(1) Dove sono questi puntini lo spazio rimane in bianco.

LXII.

Anno 1431. 1 Maggio. 9ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II fa quietanza a Sir Giovanni Caracciolo di tutte le spese da lui fatte.

Registro 1423. n. 377. fol. 274.

Johanna Secunda etc. Tenore presentis finalis quietancie apodixe notum facimus universis et singulis eius seriem inspecturis tam presentibus quam futuris Quod olim infra annos preteritarum sexte septime et octave indictionum spectabilem et magnificum virum Sir Jan Caraczulum ducem Venusii Avellinique Comitem Magnum Senescallum Regni nostri Sicilie Collateralem consiliarium et fidelem nostrum dilectum Qui cum certo numero gentium Armigerarum Equestrium et pedestrium usque tunc nobis fideliter et constanter serviverat refirmavimus ad nostra servitia et pro tuytione status nostri et rei publice dicti Regni nostri Sicilie videlicet pro anno uno et mensibus sex numeratis a die primo preteriti mensis septembris dicti anni elapse sexte indictionis Et usque per totum ultimum diem mensis februarii tunc sequentis nunc preterite septime indictionis Cum lanceis Quingentis gentium armigerarum tribus equitibus pro qualibet lancea computatis ad rationem de ducatis octo per lanceam, Etiam cum peditibus Trecentis ad rationem de ducatis tribus pro quolibet pedite per mensem Et cum provisione pro persona dicti Magni Senescalli ad rationem de ducatis de auro Quingentis per mensem, nec non et pro alio anno uno et mensibus sex numeratis a die primo mensis martii eiusdem anni preterite septime, et usque per totum ultimum diem sequentis mensis augusti anni tunc sequentis et nunc preterite octave indictionum cum lanceis sexcentis tribus equitibus pro qualibet lancea computatis ad predictam rationem de ducatis octo per lanceam Et cum peditibus Quatringentis ad supradictam rationem de ducatis de auro tribus pro unoquoque pedite per mensem et cum provisione ducatorum sexcentorum pro provisione persone dicti Magni Senescalli per mensem dicto Magno Senescallo tam pro stipendiis dictorum suorum Armigerorum Equitum et peditum ac ipsius sue provisionis persone supradicti totius temporis ut supra numerati Et pro nonnullis etiam peditidus per eum assumptis et retentis infra tempus prescriptum preter et ultra ordinarium statutum et stabilitum sibi numerum aliorum peditum predictorum Et pro aliis agendis occurrentibus nostrique et dicti Regni nostri statum concernentibus quorum expeditio nobis et eidem nostre Rei puplice utilis satis erat assignari iussimus certas collectas pro predicto utroque tempore in provinciis infrascriptis videlicet Terre laboris et Comitatus Molisii, Principatus citra ultraque serras Montorii Capitinate Basilicate et Terre Bari Curie nostre debitas illarumque residua certi etiam preteriti temporis Et introscriptam omnem aliam fiscalem pecuniam in ipsis provinciis et alibi in dicto Regno ad manus nostras et dicte nostre Curie perventuram et debitam quomodocumque et sicut infra subnectitur curie nostre predicte ut ipsam totam pecuniam ibidem recolligi exigi et percipi faceret et in ipsarum suarum gentium armigerarum equestrium et pedestrium ac additorum peditorum predictorum stipendiis et pro aliis agendis et causis occurrentibus nostrumque et dicti Regni nostri statum prospere concernentibus sicut eius discretio provideret converti faceret atque solvi. Noviter autem volentes de receptis et habitis ac solutis exhibitis et expensis per dictum Magnum Senescallum in stipendiis provisione agendis et causis predictis Et que per nos sibi debebantur lucide informari discussionem et examen rationis premissorum certis per-

sonis nobis fidis commisimus et coram nobis et predictis nostris Commissariis idem magnus Senescallus per quaternos sue rationis ac alias scripturas et cautelas ydoneas ostendit et docuit per se et alios eius nomine infra et totum tempus prescriptum et subscriptum recepisse et habuisse ad diversa mandata proinde facta ab introscriptis erariis nostrisque commissariis officialibus et personis infra tempus infrascriptum de introscriptis pecunie speciebus introscriptas pecunie quantitates videlicet a Minichillo Tamburro de capua et iudice Bartholomeo bernalia de campanea olim in dictis annis sexte septime et octave indictionum proxime preteritarum de pecunia collectarum infra dictum terminum per eos in dicta provincia pro parte nostre Curie recollecta habita et percepta et de nonnullis residuis collectarum anni elapse quinte indictionis ducatos viginti novem milia sexcentos decem et octo, Item a Francisco Imparato de neapoli et Galocto pascale de lauria olim in dicto triennio erariis dicte provincie principatus citra de pecunia collectarum dicte provincie ducatos Triginta novem milia ducentos et grana quinque. Item per manus Gasparis de Boncianis de florentia civis neapolis pro parte erariorum provincie capitinate qui fuerunt in dictis annis sexte septime et octave indictionum de pecunia collectarum dicte provincie ipsorum trium annorum et residuorum dicti anni quinte indictionis ducatos viginti tria milia nongentos octuaginta duos et tarenos quatuor. Item a nicolao Marino de Summa de neapoli milite in dictis annis sexte septime et octave indictionum Comissario in provincia Terre laboris et comitatus Molisii de pecunia collectarum dicte provincie triennii predicti et residuorum ipsius anni quinte indictionis ducatos Triginta duo milia octingentos septuaginta tres tarenum unum et grana septem et medium. Item ab Angelo Seripando de neapoli erario in dictis annis sexte septima et octave indictionum provincie principatus ultra de pecunia collectarum dicte provincie annorum trium predictorum Et de residuis dicti anni quinte indictionis ducatos decem milia nongentos viginti octo grana decem et medium. Item a Luca Marci de florencia erario provincie Terre Bari ordinato pro annis tribus predictis de pecunia collectarum dicte provincie ipsius triennii et de residuis dicti anni quinte indictionis ducatos triginta milia septingentos octuaginta. Item a supradicto Galocto de Lauria de pecunia septime collecte Calabrie dicti anni sexte Indictionis ducatos tria milia nongentos duos. Item a spectabili principe Tarenti pro concordia secum facta de septima collecta provincie Terre ydronti dicti anni sexte indictionis ducatos sexcentos. Item a Zarlecto caraczulo milite et Antonello alopa de neapoli cabellotis cabellarum neapolis dictorum annorum sexte septime et octave indictionum de pecunia dictarum cabellarum qui superaverunt pro dicto triennio de pagis peditum in custodia neapoli sistentium ducatos decem et octomilia septingentos viginti tres tarenos quatuor et grana decem. Item de pecunia Collectarum utriusque Aprutii et terrarum viri Magnifici Jacobi caldole militis etc. sitarum in provinciis Terre laboris et capitinate dictorum Trium annorum Et de pecunia collectarum Civitatis nostre Aquile et districtus Anni nuper elapse octave indictionis per diversas vices prout in quaterno dicte sue rationis continetur nec non et de pecunia septime collecte dicti utriusque Aprutii ipsius anni elapse sexte indictionis per manus petrilli crispi Bernardi de Raymo de neapoli nec non Macthei et Silvestri de sades de pisis et geronimi de Aristotile de Sulmone et de collectis Civitatis Terami dicti Anni preterite septime indictionis ducatos de auro decemnovem milia centum viginti unum tarenos duos et grana tria. Item de pecunia perventa ad manus suas infra dictum triennium pro certis remissionibus et gratiis collectarum per nos factarum per manus dicti Magni Senescalli certis universitatibus nonnullarum terrarum dicti Regni prout in dicto eius quaterno ducatos quatuor milia octingentos sexaginta tarenum unum et medium. Item a supradictis Gaspare Bonciani et luca marci de pecunia cabellarum Apulie triennii supradicti ducatos duomilia trecentos. Item a supradicto Gaspare Bonciani qui pro-

venerunt de emptione salis Apulie in dicto Anno octave indictionis ducatos sexcentos. Item ab universitate Civitatis nostre Averse de pecunia septime collecte in dicto Anno elapse sexte indictionis ducatos ducentos quatraginta septem tarenum unum. Item infra dictum tempus ipsorum trium annorum sexte septime et octave indictionum de pecunia venditionis tractarum Apulie per manus supradicti Gasparis bonciani Jacobi de cutrulglio de Ragusio pro parte dictum Magnum Senescallum contingente ducatos de auro novem milia quingentos quinquaginta quatuor. Item a supradicto Gaspare bonciani de pecunia secretie dicti utriusque Aprutii pro parte supradicti Jacobi Caldole in dicto anno octave indictionis ducatos centum triginta duos et medium. Item recepit dictus Magnus de pecunia cabelle omnium capitinate et Apulie infra dictum triennium secundum concordiam per eum nobiscum factam ducatos decem et octo milia. Item a viro Magnifico Gualterio caraczulo dicto viola de neapoli milite nostri hospicii Magistro hostiario pro emptione Castri Abbatis ducatos quingentos. Item a viro Magnifico Loysio de sancto severino milite pro concordia cum nostra Maiestate per eum facta ducatos duomilia septingentos. Item a supradicto Antonello Alopa de pecunia taxe neapoli imposita pro revocatione cabelle carnium et piscium ducatos quingentos quatraunum et tarenos tres. Item ab Antonello caraczulo de neapoli de pecunia emptionis castri pesculi ducatos de auro mille. Item ab Archiepiscopo neapolitano pro concordia Turris Octave ducatos mille centum octuaginta octo. Item de pecunia collectarum comitatus sancti Angeli infra dictum Triennium ducatos mille centum octuaginta octo. Item de pecunia collectarum viri Magnifici Antonelli de Gisualdo militis infra predictum triennium ducatos mille decem et septem tarenum unum et medium. Et adversis aliis personis infra dictum triennium ut supra numeratum pro certis extraordinariis introytibus sicut in dicto eius quaterno continetur ducatos de auro mille septingentos septuaginta septem. Summa summarum dicti totius introytus est ducati ducenti quinquaginta octo milia trecenti octuaginta sex tareni quatuor et medius. Item ostendit et docuit dictus Magnus Senescallus per positionem rationis sue predicte et secundum capitula per nos secum habita de conducta gentium suarum Armigerarum predictarum se recepturum a nobis pro inscriptis temporibus infrascriptas pecunie quantitates videlicet pro conducta dictarum lancearum Quingentarum ad rationem de ducatis octo per lanceam per mensem et peditum Trecentorum ad rationem de ducatis tribus pro quolibet pedite per mensem et ducatis quingentis pro provisione dicte sue persone per mensem pro supradictis Anno uno et mensibus sex numeratis a supradicto die primo septembris sexte indictionis et usque per totum ultimum diem dicti mensis februarii eiusdem anni septime indictionum in antea ducatos nonaginta septem milia ducenios. Item pro lanceis sexcentis et peditibus quatringentis ad rationes prescriptas et ducatis sexcentis pro ipsius sue provisionis persona per mensem pro alio Anno uno et mensibus sex numeratis a supradicto die primo Marcii septime et usque per totum ultimum diem mensis augusti dicti anni octave indictionum ducatos centum decem et octomilia octingentos. Item se expendisse et solvisse preter et ultra supradictum numerum sibi per nos et nostram Curiam ut supra distinguitur stabilitum infra triennium supradictum pro aliis peditibus trecentis octuaginta retentis per eum prefato tempore trium annorum propter nova occurrentia et pro manutentione status nostri et dicti Regni nostri ad rationem prescriptam ducatos Triginta novem milia sexcentos. Item se expendisse et solvisse pro diversis expensis per eum factis in obsidionibus et castrametationibus positis contra nonnullos rebelles et emulos infra tempus dictorum trium annorum cum et quatenus exigit necessitas et oportunitas nec non pro bombardis trabuctis pulvere bombardarum sagittis vilitonibus Magistris fabrice et carpinteriis et aliis rebus in provisione guerre necessariis ducatos Tria milia. Item expendisse et solvisse infra dictum Triennium pro certis provisionibus donis muneribus et aliis causis necessariis statum nostrum concernentibus cum et

quatenus necessarium extitit ducatos duo milia quingentos. Item expendisse et solvisse pro diversis expensis donis muneribus et aliis causis necessariis pro manutencione huiusmodi status nostri tam Johanni de Orlandis quam cardinalibus nunciis et commissariis apostolicis tam in pecunia quam in raubis in Civitatibus Neapoli.Capue.Averse. et putheoli ducatos Tria milia quingentos. Item expendisse et solvisse infra dictum tempus annorum trium ut supra numeratorum nonnullis oratoribus nunciis cursoribus et personis aliis per eum nostri parte missis diversis vicibus temporibus et diebus tam ad dominum summum pontificem quam ad partes lombardie et ad alios Magnates et proceres sicut nova occurrerunt pro ipsius nostri status manutentione ducatos duomilia. Et postremo et ultimo se solvisse et expendisse pro diversis donis et muneribus per eum nostri parte missis diversis favorabilibus dominis Magnatibus pro huiusmodi statu nostro in equis vellutis iocalibus argento laborato et aliis donis ducatos quatuormilia. Summa dicti exitus est ducati ducenti septuaginta milia sexcenti. Et sic factis calculo et ratione de dictis restat a nobis habere dictus Magnus Senescallus ducatos de auro undecim milia ducentos tresdecim et grana decem. Quos defalcari volumus et volumus de dictis expensis extraordinariis factis per dictum Magnum Senescallum et que nobis videbantur et videntur superflue et excessive et sic introytus et exitus sunt equales ipsisque ducatis undecim milibus ducentis tresdecim et granis decem de summa dictarum expensarum defalcatis dictus Magnus Senescallus a nobis venit de predictis omnibus rationabiliter quietandus, Et propterea volentes dictum Magnum Senescallum ac eius heredes successores et bona ab omni super premissis reddere omni futuro tempore molestia inquietatione et vexatione securos nec minus de premissis omnibus et singulis realiter gestis plenam et lucidam informationem ac conscientiam et notitiam certam habentes iam dictum Magnum Senescallum suosque heredes et successores universales et particulares quoscumque ac ipsorum bona quelibet mobilia et stabilia burgensatica et feudalia ubicumque sita et posita habita et habenda de supradictis omnibus et singulis prefatarum pecuniarum quantitatibus ex predistinctis collectis, et collectarum residuis, cabellis tractis Secretia omnibus vendicionibus Terrarum remissionibus et defalcationibus collectarum compositionibus concordiis et causis aliis prenarratis per eumdem Magnum Senescallum vel alios sui parte infra et per totum tempus prefatorum trium annorum sexte septime et octave Indictionum secundum distictiones factas superius tam pro stipendiis et provisione iam dictis quam etiam pro dictis aliis peditibus Additis et ultra dictum ordinarium et sibi stabilitum atque deputatum numerum per eum retentis aliisque predictis causis et agendis occurrentibus et statum nostrum concernentibus a supradicto die primo ipsius mensis septembris Anni sexte et usque per totum prefatum ultimum diem ipsius mensis augusti predistincti anni octave indictionum preteritarum recollectis perceptis retentis habitis exhibitis et solutis et expensis quarum introytus et exitus facta defalcatione predicta sunt idem omnique nexu et onere quibus dictus Magnus Senescallus aut eius predicti heredes et successores nobis et nostre curie premissorum occasione seu causa tenerentur et astricti essent aut eorum bona obligata modo quocumque tacite vel expresse etiam si aliqua in presentibus essent omissa vel hic forent forsitan exprimenda sicut est de curie nostre ritu que quidem omnia in presentibus de nostre Reginalis potestatis plenitudine nostroque motu proprio ac per presentes et per nostrum etiam decretum Ritum ipsum et quelibet alia presentibus forsitan repugnantia suspendentes haberi volumus atque decernimus pro revocatis distincte apposite ac sufficienter et particulariter declaratis de certa nostra scientia motu auctoritate et decreto quibus supra ac cum omni iuris et facti sollempnitate servata tenore presentium absolvimus Quietamus ac perpetuo et finaliter liberamus Et predictum fecimus solempni stipulatione vestitum de ulterius non petendo neque eis ullo unquam tempore ad computum evocandis dictumque Magnum

Senescallum ac prefatos eius heredes successores et bona de predictis et quolibet predictorum ex nunc et omni futuro tempore censemus exinde quietatos liberos et finaliter absolutos. Itaque premissorum pretextu ipse Magnus Senescallus seu prefati eius heredes et successores non possint nec valeant ullo unquam tempore coram nobis et nostra seu quibusvis nostris officialibus ad quos spectat et spectare poterit presentibus et futuris citari evocari ad iudicium vel ad computum trahi cogi compelli neque realiter vel personaliter molestari. Set ab omni super predicta vexatione et molestia ex nunc in antea et imperpetuum tuti remaneant liberi et securi. Supplentes ipsarum tenore presentium de scientia motu decreto et potestate quibus supra omnem et quemcumque defectum iuris et facti ac alterius cuiuscumque sollempnitatis forsan omisse qui et que in premissis et circa premissa obici posset opponi forsitan vel pretendi. Quem quidem defectum et omissam quamlibet sollempnitatem qui hic de sui natura aut cause exigentia seu ritu vel approbata consuetudine nostre curie vel aliter quovis modo exprimendus vel exprimenda forsitan existerent haberi in presentibus volumus atque decernimus de scientia motu potestate et decreto iam dictis pro appositis et expressis ac oportune nostre adiectionis suffragiis efficaciter iam suppletis. Itaque presens nostra Quietatio liberatio et absolutio illam vim illumque vigorem robur et firmitatem obtineat tamquam si defectus ipse non contingisset et omnis omissa sollempnitas fuisset in presentibus distincta posita et expressa. Et Ecce viro Magnifico Magno Camerario dicti Regni nostri Sicilie eiusque locumtenenti et presidentibus camere nostre summarie Magistris quoque rationalibus magne nostre curie et ceteris nostris officialibus tam superioribus quam inferioribus ad quos spectat et spectare poterit quocumque titulo et denominatione notentur per dictum Regnum nostrum Sicilie eiusque provincias terras et partes constitutis presentibus et futuris ipsarum presentium tenore precipimus quatenus forma presentis nostre Quietantie liberationis et absolutionis per eos diligenter actenta illam ipsi et quilibet eorum presentes videlicet et futuri Eidem Magno Senescallo dictisque suis heredibus et successoribus officiorum eorum temporibus observent efficaciter et ab aliis mandent et faciant quantum in eis fuerit tenaciter et inviolabiliter observari nec aliquid contra eos sive ipsorum res et bona premissorum occasione seu causa contra presentem seriem ullo umquam tempore faciant ignovent vel actentent sicut nostram gratiam caram habent et indignationem nostram cupiunt evitare Quin ymmo revocent et revocari faciant prorsus in irritum quicquid per eos aut alium vel alios ipsorum adversus dictum Magnum Senescallum aut eius predictos heredes successores et bona fieri vel actentari propterea contingет imposterum contra presentium seriem et tenorem. Legibus constitutionibus Ritibus moribus observanciis capitulis et Rescriptis quibuscumque contrariis premissisque in toto vel in parte repugnantibus derogantibus vel contradicentibus seu quicquam in contrarium forte loquentibus dictantibus sive iubentibus quibus in hac parte de scientia motu et potestate quibus supra ac per presentes et per nostrum etiam decretum derogamus et derogari volumus non obstantibus quoquo modo. In cuius rei testimonium predictique Magni Senescalli heredumque et successorum suorum certitudinem et cautelam presentes licteras exinde fieri et pendenti Maiestatis nostre sigillo communiri. Quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro capuano neapoli per manus nostri predicte Regine. Anno domini MCCCCXXXj die primo mensis May none Indictionis Regnorum nostrorum anno XVij.

De mandato Reginali oretenus. Johannellus S.

LXIII.

Anno 1431. 1 Maggio. 9ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II spedisce mille cavallí e 200 fanti per combattere i nemici di papa Eugenio IV, il quale l' avea richiesta di soccorso.

Registro 1423. n. 377. fol. 272 t.

Johanna secunda Regina etc. spectabili et magnifico viro. duci Venusii Regni nostri sicilie magno senescallo etc. collaterali consiliario et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem mote exortationibus et requisitionibus sanctissimi et clementissimi domini nostri Pape Eugenii quarti Volentes tamquam Reverens et hobediens filia sanctitatis sue et sacrosancte Romane Ecclesie eius necessitatibus occurrere ac salubriter obviare contra eius emulos et Rebelles fidelitati tue tenore presentium de certa nostra scientia districte precipimus et mandamus quatenus statim receptis presentibus de conducta tuarum armigerarum gentium equitum et peditum quas ad stipendia nostra tenes transmictere debeas ad servitia et obsequia prefati domini nostri equites mille et pedites ducentos quoscunque voluerit contra prefatos eius emulos et rebelles cuiuscunque status gradus ordinis dignitatis preheminentie et conditionis existant quorum nomina et cognomina licet hic non exprimantur haberi volumus presentibus pro expressis sufficienter et specifice declaratis. Nec in hoc commictas aliquam moram negligentiam vel defectum sicut habes gratiam nostram caram indignationemque desideras evitare. presentes etc Quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro capuano neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini MCCCCXXXI die primo mensis May IX Indictionis. Regnorum nostrorum anno XVII.

De mandato Reginali oretenus facto — Angelillus.

LXIV.

Anno 1431. 2 Maggio. 9ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II spedisce altre milizie in soccorso di papa Eugenio IV sotto la condotta di Marino Caracciolo Conte di S. Angelo, al quale conferisce ampii poteri per ridurre ad obbedienza alcune città e terre di Terra di Lavoro e del Contado di Molise.

Registro 1423. n. 377. fol. 272.

Johanna secunda Regina etc. Magnifico viro Marino Carazulo de neapoli militi comiti Sancti Angeli etc. consiliario et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Quia sicut nosti mictimus te presentialiter versus urbem cum nostris armigeris gentibus equitibus et peditibus in subsidium et favorem sancte matris Ecclesie ac sanctissimi in Christo patris et clementissimi domini nostri domini Eugenii pape quarti et in provincia Terre laboris et Comitatus Molisii sunt alique civitates et terre que alias fuerunt de nostro demanio et dominio principali, que propter temporum preteri-

torum varietates ab ipso nostro dominio et demanio certo modo alienate et separate fuerunt. Et intendentes ipsas nostro demanio et dominio reducere et applicare. Idcirco reducendi ipsas ad gratie nostre sinum tam scilicet earum nutu et voluntate libera atque prompta quam si expedierit ipsis civitatibus et terris guerras et hostilitates faciendo. Nec minus pro earum reductione ad nostram fidelitatem cum castris et fortellitiis ipsarum concedendi et faciendi quascunque indulgentias remissiones et gratias universitatibus et hominibus particularibusque personis castellanis castrorum sociis et officialibus aliis quibuscunque prout tue discrectioni et prudentie pro nostro statu melius videbitur expedire, quas ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc sub verbo et fide nostris Regalibus per nostra privilegia et litteras necessarias et oportunas acceptare et ratificare promictimus tenore presentium de certa nostra scientia licentiam et auctoritatem concedimus arbitrium et potestatem plenariam impartimur. Promictentes nihilominus habere ratum gratum et firmum quicquid feceris et gesseris nostri parte in predictis. Mandantes nihilominus dictarum civitatum et terrarum universitatibus et hominibus earumque officialibus et castellanis ceterisque aliis ad quos presentes pervenerint seu quoquomodo spectabunt sub obtemptu nostre gratie et hobedientie ac sub pena rebellionis et indignationis nostre gravissime quatenus in premissis et circa premissa earumque signanter reductionem ad gratie nostre sinum, tibi tamquam persone nostre proprie hobediant credant pareant et intendant Concedentes tibi in premissis et circa premissa totaliter et plenarie vices nostras. Quibuscunque privilegiis commissionibus litteris cedulis et mandatis nostris aliis in contrarium hactenus forte factis sub quibusvis tenoribus sive formis quarum et quorum quantum ad presentium obstaculum vim et efficaciam tollimus et revocamus non obstantibus quoquomodo. Has etc. Quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro capuano neapoli per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXXXI die II mensis Madii VIIII Indictionis Regnorum nostrorum Anno XVII.

De mandato reginali oretenus — A. de theana.

LXV.

Anno 1431. 6 Maggio. 9ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II manda anche Giacomo Caldora con sue milizie in soccorso del pontefice Eugenio IV.

Registro 1423. n. 377. fol. 287.

Johanna Secunda Regina etc. Notario sabatino de Mandino de maioro familiari et fideli nostro dilecto gratiam et bonam voluntatem. Quum mote noviter exhortationibus et requisitionibus sanctissimi et clementissimi domini nostri pape Eugenii quarti deliberaverimus transmictere ad eius obsequia et servitia Magnificum virum et strenuum armorum capitaneum Jacobum Caldolam militem etc. cum omnibus eius gentibus armigeris sue conducte, quas ad stipendia curie nostre tenet. Intendamusque propterea quod Jacobus ipse realiter et integre ac indilate habeat stipendia sua et dicte sue conducte presentis anni sibi stabilita tam super collectis civitatis nostre aquile quam in toto utroque aprutio ut ad prefata obsequia et servitia accedere valeat. Idcirco de fide prudentia probitate sollicitudine et legalitate tuis ab experto confise Te commis-

sarium nostrum in dicta civitate nostra aquile eiusque comitatu pertinentiis et districtu super impositionem et recollectionem generalis subventionis seu collecte atque subsidii nostre curie debite, et debiti per universitatem et homines dicte civitatis nostre aquile eiusque comitatus pertinentiarum et districtus pro presenti anno none Inditionis quarum quelibet ascendit ad summam ducatorum duorum milium quingentorum tenore presentium de certa nostra scientia fiducialiter ordinamus. Quocirca tue fidelitati harum serie precipimus quatenus statim receptis presentibus ad dictam civitatem nostram Aquile te personaliter conferens cum illic fueris. Illico Universitati et hominibus tam dicte civitatis nostre Aquile quam comitatus pertinentiarum et districtus eius dictam generalem subventionem seu collectam nec non et subsidium ad prefatam summam ducatorum duorum milium quingentorum pro ipsarum qualitate ascendentes et nobis ut predicitur debitas per eos. Imponas auctoritate presentium pro parte nostre curie supradicte. Ipsaque impositione per te facta instanter circa recollectionem et perceptionem dicte generalis subventionis seu collecte atque subsidii. Intendas et vaces cum omni solicitudine et diligentia absque dilatione et temporis intermissione secundum quod tibi dedimus oretenus in mandatis. Itaque dictam generalem subventionem seu collectam atque subsidium celeriter et quam citius poteris habeas recollectas pro ipsius curie nostre parte cum pecuniam ipsam tendamus convertere in solutionem stipendiorum prefati Jacobi actendentis ad servitia et obsequia dicti domini nostri ut supra, Compulsurus eosdem Universitatem et homines in genere et in casu ipsorum renitentie vel negligentie tam super impositiones penarum et earum exactiones pro nostra curia si inciderint in easdem quam per arrestationes et districtiones ac captiones personarum specialium civium et districtualium eiusdem civitatis Apulie ac comitatus pertinentiarum et districtus ipsius nec non et animalium mercium et bonorum eorum ubicumque eos eas et ea poteris reperire ac omnia per quemlibet alia oportuna et debita ac favorabilia remedia que ad id noveris expedire quas quos et que postquam arrestaveris et ceperis sive cum dictam executionem feceris liberare non presumas, nisi prius dicte quantitates pecunie facientes summam in totum quinque milium sint per te ab eis habite integraliter et percepte. Dantes nichilominus et concedentes tibi earumdem presentium serie de dicta certa nostra scientia licentiam liberam et plenariam potestatem quod in huiusmodi casu renitentie vel negligentie . . . . (1) hominum predictorum commictende circa solutiones premissas pro celeri habitione dicte totius pecunie possis et valeas vigore presentium dictas merces . . . . . et bona aquilanorum civium et districtualium predictorum quas et que ceperis et arrestaveris ut prefertur vendere alienare et distrahere pro meliori pretio quo fieri poterit usque scilicet ad concurrentem quantitatem dicte totius pecunie generalis subventionis seu collecte atque subsidii supradicti . . . . . . nos enim penas et banna quas et que rite propterea tuleris ratas gratas gerentes et firma, illas et illa per te irremisibiliter exigi volumus prout iustum fuerit, a transgressoribus eorundem facturus nichilominus universitati et hominibus dicte civitatis ac comitatus aquile pertinentiarum et districtus ipsius de receptione tam dicte generalis subventionis seu collecte quam subsidii sub tuis vicio seu sigillo et subscriptione manus proprie vicibus singulis apodixam eis ad cautelam omni futuro tempore valituram ac admictendam et acceptandam per nos et nostram curiam ac nostros officiales quoscunque tam presentes quam futuros absque nota cuiuslibet questionis, dictamque totam pecuniam cum ad manus tuas pervenerit iam dicto Jacobo seu persone legitime pro eo pro solutione stipendiorum suorum eiusdem presentis anni vigore presentium solvas et assignes. Recepturus ab eo seu persona legitima pro eodem

(1) Tanto quì, quando nelle altre parti qui appresso, dove stanno i puntini, la pergamena manca o è consumata.

solutionem huiusmodi solitam in talibus apodixam tibi in tuo computo una cum presentibus acceptandam absque nota cuiuslibet questionis nullis cautelis aliis quam presentibus una cum apodixa iam dicta a te propterea quomodolibet requirendis. Nos enim earumdem tenore presentium et de dicta scientia certa nostra mandamus Camerario quinque arcuum ac Universitati et hominibus dicte civitatis comitatusque pertinentiarum et districtus ipsius quod tibi ad omnem requisitionem tam dictam generalem subventionem seu collectam seu subsidium solvant et exhibeant pro parte nostre curie, remotis exceptionibus accusationibus contrarietatibus et dilationibus quibuscunque. Cauti de contrario sicut nostram gratiam caram habent et indignationem ac penas predictas per te ipsis imponendas cupiunt evitare. Mandantes insuper tam viro magnifico Johanni Cosse de neapoli nostro capitaneo et baiulo civitatis predicte quam vicemgerentibus nostris seu iustitiariis utriusque aprutii specialibusque capitaneis civitatum et terrarum dictarum partium aprutii et aliarum ubi forte dicte executiones per te fient ac successoribus et locatenentibus eorumdem. Comitibus insuper baronibus dominis et Universitatibus terrarum ceterisque officialibus et subditis nostris aliis ad quos spectat et per te fuerint requisiti quocunque fungantur officio ac titulo et denominatione notentur per dictas aprutii partes et quavis alias constitutis quod tibi in premissis, et circa premissa ac dependentibus emergentibus agnexis et cognexis ex eis quotiens requisiti fuerint simul vel divisim debitam prestent assistentiam et favorem manu etiam armata et militari si fuerit oportunum sicut dictam nostram gratiam caram habent et indignationem cupiunt evitare. Declarantes et tibi notario sabatino iubentes expresse de dicta certa nostra scientia per presentes quod dictam totam pecuniam recolligere debeas in ducatis auri venetis boni et iusti ponderis vel in carolenis argenti ponderis generalis ad rationem de carolenis decem pro quolibet ducato, vel in bolongninis argenti secundum valorem dictorum ducatorum vel carlenorum et alias prout tibi videbitur pro avantagio et comodo nostre curie meliori. Sciturus quod si contrarium facere presumeres, te ad resarciendum nobis totum dampnum quod exinde nostre curie eveniret acrius compellemus. Has etc. quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro capuano neapoli per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini MCCCCXXXI die VI mensis Madii VIIII Indictionis Regnorum nostrorum Anno XVII.

De mandato Reginali oretenus — A de theano.

LXVI.

Anno 1431. 4 Luglio. 9ª Indizione — Aversa.

La regina Giovanna II assolda il capitano di ventura Niccolò di Fortebraccio per mandarlo in soccorso di papa Eugenio IV.

Registro 1423. n. 377. fol. 278 t.

Johanna Secunda Regina etc. Nobili et Egregio Viro Gaspari Bonciano de florentia familiari nostro domestico et fideli dilecto gratiam et bonam voluntatem. Scire te volumus quod noviter mote certis iustis et rationabilibus causis moventibus mentem nostram Et signanter pro statu sancte matris Ecclesie domini nostri pape Eugenii quarti et nostro decrevimus ad nostra stipendia et servitia dicte sancte matris Ecclesie et domini nostri pape predicti conducere et conduci facere magnificum et strenuum armorum capi-

taneum nicolo de fortebracciis devotum servitorem et consiliarium nostrum pro certo temporis spatio et modis aliis melioribus quibus fieri poterit pro curie nostre parte. Et confise de tuis fide prudentia et sagacitate te commissarium nostrum ad conducendum dictum Nicolo de fortebracciis ad dicta servitia nostra, et servitia sancte matris ecclesie supradicte duximus presentialiter statuendum. Quocirca volumus et fidelitati tue harum serie de certa nostra scientia commictimus et expresse mandamus quatenus statim receptis presentibus omni mora et tarditate sublatis te ad urbem personaliter conferens vel alibi ubi oportuerit et eum vel aliquem pro parte dicti nicolo reperiri contingerit cum presenti nostra commissione et litteris nostris credentialibus ad eundem directis studeas et procures ipsum nicolo ad nostra stipendia et dicte ecclesie servitia conducere et confirmare cum illis pactis conditionibus et capitulis quibus melius tibi videbitur expedire sive cum eo principaliter sive cum aliquo eius cancellario procuratore factore vel ministro pro dicte ecclesie et nostro statu. Et signanter contentamus et volumus ac tibi potestatem plenariam impertimur quod eidem Nicolo nostri parte offeras et promictas comitatum celani vicemgerentiam utriusque aprutii et stipendia sue conducte in et super collectis et aliis nostris iuribus fiscalibus provincie utriusque aprutii et in eorum defectu super aliis pecuniis nostre camere, promictentes et firmiter pollicentes sub verbo et fide nostris Regalibus earundem tenore presentium et de dicta scientia certa nostra habere ratum gratum et firmum quicquid feceris promiseris et concluseris in premissis in quibus et super quibus tibi damus et concedimus totaliter et plenarie vices nostras. has nostras licteras magno nostro pendenti sigillo munitas tibi propterea dirigentes in testimonium premissorum, quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro Averse per manus nostri predicte Johanne Regine. Anno dom. MCCCCXXXI. die IIII mensis iulii VIIII Indictionis Regnorum ut supra (XVII)

De mandato reginali oretenus facto. A. de theano.

LXVII.

Anno 1432. Agosto. 10ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II ordina al luogotenente del Maestro Giustiziero del Regno ed a' giudici della Gran Corte di procedere alla condanna di lesa maestà contro la memoria del defunto Sir Gianni Caracciolo ed alla confisca dei suoi beni; e citare i suoi figliuoli a difendere sè stessi, e la memoria ed i beni del padre.

Registro 1423. n. 377. fol. 324.

Johanna Secunda Regina etc. Nobilibus viris locumtenenti magistri Justitiarii regni nostri Sicilie, et Iudicibus Magne Curie consiliariis et fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Cum condam Sir Jan Caraczulus de Neapoli dux Venusii Avellini comes magnus Regni nostri Sicilie Senescallus in reprobum sensum datus spirituque Sathane instigatus crimen lese Maiestatis multipliciter contra personam et statum nostrum commiserit propter quod rationabiliter et de iure est memoria ipsius damnanda et omnia eius bona mobilia et stabilia burgensatica et feudalia nostro fisco confiscanda sunt propterea harum serie de certa nostra scientia Vobis committimus, et mandamus expresse quatenus vocatis filiis dicti Sir Jannis coram vobis comparere debeant si quod

ius habent et allegare voluerint quare memoria ipsius Sir Jannis non sit condempnanda et bona ipsius non sint confiscanda et ubi comparuerint coram vobis ad dampnationem predictam dicte memorie vocato procuratore fisci nostre Curie qui iura in hac parte nostre Curie tueatur procedatis iustitia mediante audiendo eos et quemlibet ipsorum super iuribus allegationibus et defensionibus iustis et aliis in ipsorum filiorum dicti Sir Jannis contumacia ad damnandum dictam memoriam dicti Sir Johannis Recepta per vos prius informatione summaria per facti notorium, et famam publicam vel aliter de Rebellione et crimine lese Maíestatis predicte et omnia et quecumque bona mobilia et stabilia burgensatica et feudalia ubicumque sita et posita ad opus seu pro parte nostre Curie declaretis fore confiscanda et ea de manibus quorumcumque advocetis Cum talia crimina impunita remanere non debeant. Volentes iubentes declarantes et mandantes de dicta scientia certa nostra et proprio nostro motu ac dominica potestate quod circa probationem sententie ac interpositionem decreti ferende seu interponendi per vos possitis et valeatis ipsam seu ipsum preferre et interponere absque consilio, et comissione partium. Quibuscumque legibus iuribus constitutionibus ritibus observantiis Regnique capitulis et aliis in contrarium disponentibus et dictantibus quibus de scientia motu, et potestate iamdictis derogari volumus per presentes non obstantibus quoquo modo. Has nostras litteras magno nostro pendenti sigillo munitas vobis propterea dirigentes. Quas etc. ritu etc. Datum in Castro nostro Capuano per manus nostri predicte Johanne Regine Anno domini MCCCCXXXII die . . . . . (1) mensis Augusti decime Indictionis Regnorum nostrorum anno XIX.

LXVIII.

Anno 1432. 31 Decembre. 11ª Indizione — Napoli.

La Regina Giovanna II dopo avere narrato tutte le colpe per le quali Ser Gianni Caracciolo si rese fellone, dice essere stata costretta a farlo uccidere per essersi reso assai potente e pericoloso, e per gravi oltraggi fatti a Lei.

Registro 1423. n. 377. fol. 359 t.

Johanna secunda Regina etc. Universis presentes nostras declaratorias et indulgentie ad cautelam litteras inspecturis tam presentibus quam futuris hobedientes quicumque Principibus quantumcumque contra quasvis de ipsorum precepto deliquerint penam non exigant quin ymmo facti de hobedientis commendabilis non solum sunt soluti a delictorum iuribus sed retributionem merentur et eorumdem Principum gratiam specialem cum aliud sit ex proprio motu delinquere et aliud non quidem pena plectibili excessus et crimina de Regum iussionibus perpetrare. Sane neqeuntes ultimi utique nolentes modo aliquo perferre et substinere tam gesta et acta enormia et indebita quam iniuriosa verba per condam Sir Jan Caraczulum de Neapoli Ducem Venusii Avellinique Comitem et Regni nostri Sicilie Magnum Senescallum contra nostram Maiestatem malo animo perpetrata et prolata non semel sed pluries eius siquidem maledicta ex sui conditione pensantes et eius contra nos inhobedientiam manifestam qui nedum quod nollet nobis ut tenebatur hobedire et intendere ymmo aliorum magnatum procerum et no-

(1) Questo spazio è in bianco.

strorum dicti Regni fidelium hobedientiam a nobis pro magna parte subtraxerat et multas terras per eum contra nostram voluntatem captas pro sui contra nos tenuit voluntate, Et quod est profecto nephandum ab Armigeris gentibus quas sub conducta tenebat iuramentum pro se recepit contra omnes personas mundi nemine excepto non reservando debitam fidelitatem Sacro Sancte Romane Ecclesie Domini nostri Pape ac nostre Maiestatis sicut de iure tenebatur et erat astrictus nec non a suis subditis et vassallis recepit iuramenta fidelitatis contra omnem personam mundi non nominando neque reservando Maiestatem nostram nostrumque Principale dominium et ligium homagium nobis debitum contra formam iuris consuetudinem et Capitula Regni nostri sed quod post eius obitum Troyano filio suo contra omnem hominem intenderent et parerent et si voluissemus aliquos ex eis pro nostris agendis ad aliquas Terras mittere hoc ipse minime permittebat in tantumque quatenus omnem hobedientiam a subditis nostris debitam nobis ad se reduxit ut potuisset adimplere et facere omnia velud Rex et sicut debuisset continue studere circa augmentum status bonoris hobedientie et fidelitatis nostre ut legalis et fidelis servitor faciebat oppositum tamquam pestilens et domesticus inimicus nec non et contra et preter omnem nostre Maiestatis conscientiam et licentiam cum multis intra et extra Regnum nostrum Sicilie fecit confederationes et ligas et in superbiam ac elationem positus et eiusdem inflatus multos ex nostris domesticis familiaribus preter omnem nostre Maiestatis voluntatem carceribus detrudi iuxit et ex eis aliquos verberibus afflinxerit et nonnullos verbalibus iniuriis et aliis contumeliis conculcavit colligens et colligi faciens in diversis Regni Provinciis collectas et alia iura fiscalia sub colore solutionis stipendiorum dictarum Armigerarum suarum gentium quarum partem non exiguam in nonnullis Terrarum suarum fortellitiis iussit sub custodia eius nominis conservari et in quantum a certis retro temporibus scivit et potuit sicut est usquaque notorium visus extitit nos a Civitate nostra Neapolis subdola adinventione subtrahere et Aversam ducere ut sub totali eius nos submitteret potestate minando quod si Rex Aragonum veniret cum eius Armata quod ipse assignabat sibi Civitatem nostram Neapolis contra nostrum beneplacitum et voluntatem vel ipse cum gente sua predictam Civitatem nostram Neapolis volebat in predam ponere et nolebat quod nos aliquid faceremus nisi ipse in tantum quod cum nonnulli sindici certarum nostrarum Civitatum et Terrarum que a nostra fidelitate deviaverat venissent ad reducendum se ad pristinam fidelitatem nostram ipse Sir Jan Caraczulus dictos sindicos prohibuit hoc facere et fecit ipsos reverti eis consulendo et fervendo quod sic deberent in eorum rebellione et infidelitate perseverare nequiter multaque alia hic possemus instruere ad In hobedientiam eius tendentia que gratia obmittimus brevitatis. Nos autem hec tam orrenda tanquam detestanda que dictus Sir Jan omnium ingratissimus hominum et collectorum per nos sibi grandium beneficiorum immemor pati et perferre equeo animo nequentes quoniam ipsum ex simplici milite comitatus Avellini et Ducatus Venusii Magnificis et Excelsis titulis illustravimus ac officio decoravimus Magni Senescallatus dicti Regni nostri Sicilie quod inter septem magna dicti Regni officia famosum officium reputatur aliisque munificentiis eumdem tractavimus sicut est in toto predicto Regno nostro notorium et in diversis aliis mundi partibus manifestum quibus se constituit inmeritum et ingratum nec status noster ab eo deduceretur totaliter in ruynam pluries excogitavimus ipsum de persona arrestari seu capi facere et deinde ipsum arrestatum propter eius demerita capitis pena puniri iustitia mediante Et considerantes pluries super hoc negotio scandalum quod posset ex eius personali captura nostre persone et statui provenire propter ipsius formidabilem potentiam eamdem deliberato per nos in nostre mentis archano ipsum pro huiusmodi scandali revocatione interfici facere convocatis clam et secrete coram nobis ad hoc castrum nostrum Capuanum Neapolis de nocte aliquibus magnatibus proceribus et nobilibus statum nostrum colentibus certisque

fidelissimis nostris servitoribus familiaribus quorum a diu legalitatem et fidem experte fueramus in dubiis eventibus comprobatam et eis huiusmodi nobis deliberatione totaliter patefacta licet tam eis per prius pluries patefecerimus remanentibus siquidem et sistentibus ipsis proceribus Magnatibus et nobilibus in nostra societate et comitiva pro nostre persone securitate custodia tutela pariter et cautela ipsum Sir Joannem in quadam Camera dicti nostri Castri tunc personaliter commorantem per quosdam ex dictis nostris familiaribus et servitoribus olim de preterito mense Augusti Anni decime Indictionis proxime preterite noctis tempore interfici fecimus iuxta dictam nostram deliberationem et iuxta modum et ordinem per nos datum non obstante quod illis diebus sue recentis intrate honestatis causa ac propter certos bonos respectus et iustas causas mentem nostram tunc digne moventes pluries nos ore nostro proprio diximus te palam per nostros Consiliarios dici fecerimus ac etiam scribi iusserimus quod deliberavimus eum de persona arrestari facere et deinde mediante iustitia capitis puniri Et quod volendo se ipse a dictis tum arrestari volentibus defendere fuerat ab eisdem preter nostram deliberationem taliter interfectus. Nam re vera de nostri deliberatione mandato ordinatione et voluntate fuit sicut prescribitur datus mortis. Verum ut dicti Magnates Proceres et Nobiles qui in hac re perficienda vobiscum concurrerunt et alii predicti nostri familiares et servitores qui de nostro mandato iamdictum olim Magnum Senescallum perimerunt et nos a tam fedo servitutis ut ita dicamus qui re vera ita erat liberaverunt et interea proprie libertati reginali restituerunt de perpetratis per eos contra personam dicti condam Magni Senescalli ullounquam tempore nequirent molestari et iustitia fuit iusta causa per quam mote fuimus ad predicta patefieret universis quamdam commissionem fecimus Magistro Iustitiario dicti Regni nostri vel eius locumtenenti et Regenti Curiam Vicarie Regni predicti de damnatione memorie dicti condam Magni Senescalli et eius omnium confiscatione bonorum officiorum et quarumlibet dignitatum factoque per dictam Curiam super hoc certo processu debitis sollemnitatibus per Curiam ipsam in hac parte servatis. postremo dicta Curia ad damnationem memorie et ad confiscationem bonorum omnium et officiorum processit secundum debitam formam iuris propter que et alia se que se in cunctorum contra notitiam prebuerunt digne et iuste potuissemus iamdictum condam Sir Jan Caraczulum fecisse perimi et bona eius omnia predicta eiusdem fisci nostri comodis applicari. Verum in consideratione ducentes quod qui obsequntur et hobediunt Principi per eum debeat munifice prosequi et ab omni vinculo cuiuspiam molestationis excludi. Declaramus tenore presentium nostrarum declaratoriarum et indulgentiam ad cautelam litterarum de certa nostra scientia et recenti memoria patefacimus universis iamdictum condam Magnum Senescallum premissa et graviora contra nos et statum nostrum fecisse et tam illi qui nobis abstiterunt quam alii qui ipsum qui olim Magnum Senescallum perimerunt ac ipsis occidentibus astiterunt vel opem consilium et favorem prestiterunt hec omnia non deliberato aliquid contra eum set de nostra speciali iussione Voluntate et mandato exequti fuerunt. Et Volentes ipsos ab omni in hac parte distrudioso nexu et onere relevare tam predictis Magnatibus Proceribus et Nobilibus quam ad nostram requisitionem et iussionem in predictis nobis astisterunt et faveant quam prefatis aliis nostris servitoribus et fidis familiaribus qui dictum olim Magnum Senescallum de dicta nostra iussione et speciali precepto perimerant cuiuscumque fuerint preheminentie dignitatis conditionis et status et quibusvis nominibus et cognominibus nuncupentur quorum omnium notitiam ac nomina et cognomina in presentibus nostris declaratoriis et indulgentiam ad cautelam licteris de certa nostra scientia et de nostra Reginali potestate ac per nostri interpositionem decreti haberi volumus atque decernimus pro nominatis distinctis et particulariter adnotatis ac unicuique et singulis eorumdem omnem et quemcumque culpam offensam et penam realem et personalem et condempnationes quasvis alias quas premissorum occasione

seu causa forsitan incurrissent vel in quas etiam incidissent Licet in nullam inciderint quia nostris iussionibus paruerunt et totum et quicquid est ex eis exequtum inquantum scilicet persona et Curia nostra ac quevis partes offense tanguntur quas in iudicio sive extra nullo unquam tempore audiri Volumus in iuribus et allegationibus eorumdem cum dampnatorum memoria nullum mereatur habere favorem de dicta certa nostra scientia et auctoritate qua supra ipsarum presentium licterarum nostrarum declaratoriarum et indulgentia ad cautelam tenorem remictimus et perpetuo relapxamus eisque premissa patrata in genere vel in specie ad culpam nolumus quomodolibet imputari, Quamquidem culpam et aliam quamlibet innominiam sive labem qua propterea possent viellui vel eorum forma laudabilis denegari abstringimus et penitus abolemus restituentes et reintegrantes supradictos omnes et singulos et ipsorum unumquemque per beneficium nostre plene et gratiose restitutionis in integrum ad honores dignitates iura petitiones actiones famam et statum pristinos ac bona quelibet eorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et stabilia burgensatica et feudalia ubicumque sita et posita habita et habenda, Et insuper omnibus et singulis volentibus vel actentantibus quantumcumque quodcunque contra predictos ad quos nostra presens indulgentia se extendit in genere vel in specie actemptatum vel agere aut res trahere et contravenire coram nostris officialibus et presidibus viam agendi accusandi et contraveniendi et ipsis etiam nostris officialibus et presidibus Viam iterdictionem et arbitrium quidquid contra nos imitandi vel presumendi aut inveniendi earumdem presentium declaratoriarum et Indulgentie ad cautelam licterarum tenore pretermictimus ac perpetuum eis super predictis silentium imponimus atque imponi Volumus et iubemus. Ecce namque Viris Magnificis.. Magistro Iustitiario et Regenti Curiam Vicarie dicti Regni nostri Sicilie ipsorumque locatenentibus et Iudicibus Magne et Vicarie Curiarum vicemgerentibus quoque nostris et Iustitiariis Provinciarum nec non et Capitaneis Civitatum et Terrarum nostrarum Regni predicti et locatenentibus earumdem ceterisque nostris officialibus tam superioribus quam inferioribus et personis aliis ad quos spectat et spectare poterit quocumque presidatu fungantur vel officio ac titulo et denominatione notentur per dictum Regnum Sicilie eiusque provincias terras et loca constitutis presentibus et futuris earumdem presentium licterarum nostrarum et declaratoriarum et indulgentie ad cautelam tenore precipimus quatenus iuxta presentium licterarum forma per eos diligenter actenta illam ipsi et quilibet eorumdem tam presentes quam futuri supradictis omnibus proceribus Magnatibus et nobilibus qui nobiscumque in premissis concurrerunt et nobis fideliter astiterunt prefatisque nostris servitoribus aliis et familiaribus qui de dicto nostro mandato iamdictum olim Magnum Senescallum ut predicitur perimerunt ac unicuique et singulis eorumdem iamdictas presentes licteras et singula in eis contenta et declarata officiorum eorum temporibus observent efficaciter et ab aliis mandent et faciant tenaciter et inviolabiliter observari nec non et adversus supradictos omnes et singulos eorumdem sive ipsorum res et bona quecumque tam pretextu et occasione favoris et absistentie quem et quam dicti Magnates proceres nobiles a nobis tam magna fiducia requisiti nobis prestiterunt quam etiam occasione necis et mortis dicti condam Magni Senescalli per iamdictos alios nostros fidos familiares et servitores de dicto nostro mandato et non ipsorum motu proprio ut predicitur perpetrate et aliorum quorumlibet exinde secutorum ex officio nostre Curie ordinarie vel extraordinarie sive ad denunciationem accusationem petitionem et instantiam filiorum consanguineorum et affinium dicti condam Magni Senescalli vel aliarum personarum quarumcumque quibus perpetuum silentium super predictis imponimus et imponi Volumus et iubemus civiliter seu criminaliter vel alio modo quocumque ullo umquam tempore non procedant nec eos ad ipsorum Tribunalia trahant citent evocent consentiant realiter vel personaliter cogant molestent impetant sive vexent nihilque in contrarium presumant ac temptare

vel agere et ab aliis attemptari vel fieri non permittant sicut nostram gratiam caram habent et indignationem nostram et penas contemptas mandatorum nostrorum desiderant evitare. Quin ymmo revocent et revocari faciant prorsus in irritum quicquid per eos aut alium vel aliorum ipsorum adversus supradictos Magnates proceres et nobiles ac nostros servitores et familiares alium vel alios ipsorum res et bona similiter eorumdem fieri vel attemptari propterea continget in posterum contra presentium nostrarum licterarum tenorem et seriem eiusque pariter iussionem quod nos etiam ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc revocamus et decernimus esse nullum Cum ea que de nostro sint facta mandato penam non exigant set in se defensionis gerentes clippeum retributionem et gratiam mereantur legibus iuribus constitutionibus ritibus moribus observantiis consuetudinibus Capitulis et rescriptis quibuscumque presentibus nostris licteris quomodocumque et qualitercumque contrariis premissisque in toto vel in parte repugnantibus vel contradicentibus et aliis quibuscumque licteris commissionibus edictis cedulis et mandatis per nos factis vel faciendis in contrarium sub quibusvis tenoribus sive formis et expressionibus temporum et dierum aliisque clausulis quantumcumque derogatoriis etiam si de illis esset hic in toto vel in parte seu de verbo ad verbum vel specialis et expressa mentio facienda vel etiam si in eis de presenti nostro Indultu aut eius revocatione specialis mentio facta esset vel fieret quas et que quantum ad premissorum obstaculum de potestate nostra ordinaria et etiam absoluta revocamus et tollimus ac viribus et efficacia totaliter vacuamus non obstantibus quoquomodo. In cuius rei testimonium presentes nostras declaratorias et Indulgentie ad cautelam licteras exinde fieri et magno pendenti Maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Quas ex certis causis nos moventibus dedimus et subscripximus propria nostra manu Ritu ordinatione et observantia nostre Curie quibuscumque contrariis et quibusvis aliis facientibus in in Adversum nullatenus obstituris. Datum in Castro nostro Capuano Neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine Anno Domini Millesimo quatrigentesimo tricesimo secundo. Die ultimo Mensis Decembris undecime indictionis Regnorum nostrorum Anno XVIIIJ.°

LXIX.

Anno 1432. 31 Dicembre. 11ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II fa indulto a Pietro Palagano di Trani, uno degli uccisori di Ser Gianni Caracciolo.

Registro 1423. n. 377. fol. 362. t.

Die ultimo mensis decembris undecime Indictionis. Facte sunt ad instantiam domini petri palagani de Trano lictere de indulgentia pro homicidio commisso per eum et certos alios in persona condam Sire Johannis caraczuli olim magni Senescalli consimiles preannotate sunt superius in presenti quaterno de verbo ad verbum nichil in eis addito vel mutato.

LXX.

Anno 1432. 31 Decembre. 11ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II fa indulto a Marino Boffa, uno degli uccisori di Ser Gianni Caracciolo.

Registro 1423. n. 377. fol. 362. t.

Die ultimo mensis decembris undecime Indictionis. Facte sunt ad instantiam domini Marini Boffe de neapoli etc. lictere de indulgentia pro homicidio commisso per eum et certos alios in persona condam sir Johannis Caraczuli olim magni Senescalli consimiles prout annotantur superius in presenti quaterno de verbo ad verbum nichil in eis addito vel mutato.

LXXI.

Anno 1433. 16 Giugno. 11ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II ordina a tutti i Magnati ed alle Università del Ducato di Calabria di difendere il suo figliuolo adottivo Ludovico III di Angiò, se verrà combattuto da Alfonso di Aragona.

Registro 1423. n 377. fol. 416.

Johanna Secunda Regina. etc: Reverendis in christo patribus Ecclesiarum prelatis nec non spectabilibus et magnificis viris marchioni Cutroni, ac Tricarici Sinopoli, Arenarum, Giracii et terre nove Comitibus ac Johanni de Sancto Angelo oppidi domino. Nicolao Ruffo. Antonello de Fiscaldo, et Colucio de Laurïa, nec non certis aliis Comitibus Baronibus, Terrarum dominis universitatibus et hominibus civitatum terrarum castrorum et locorum omnium ducatus Calabrie ceterisque aliis ad quos presentes pervenerint seu quoquomodo spectabunt consiliariis et fidelibus nostris dilectis gratiam et bonam voluntatem. Quia sicut vobis notorium est Rex Aragonum hostis noster notorius et inimicus qui certo temporis spatio stetit ut ad presens stat in partibus istis et in ynsula yscle cum sua armata maritima et aliquibus gentibus armigeris equitibus et peditibus in terra per eum conductis et stipendiatis omni suo conatu nisus est hoc Regnum nostrum subvertere et turbare nostrum statum eiusque pravam intentionem, dilucide et clare cognovimus. Et si peius potuisset fecisset contra nos nec mutavit animum vel propositum nobis et dicto Regno nostro offendendi ymmo mala prioribus agregando cotidie et tam ipse quam sui minantur nobis guerras et tribulationes inferre ne dum in partibus istis verum etiam in partibus ipsis ducatus Calabrie. Qui ducatus Calabrie est ex nostra Regali munificentia titulus et donum Serenissimi principis domini Ludovici Tertii Calabrie et Andegavie ducis etc: filii nostri carissimi. Et ipsum dominum ducem filium nostrum et ducatum ipsum Calabrie tum ex affectione maternali quam gerimus ad ipsum dominum ducem filium nostrum tum etiam quia ducatum ipsum tamquam membrum et partem dicti Regni tenemur de iure protegere et tueri Sicque facere intendimus in omnem eventum et casum sicut apparebit operis per effectum. Nichilominus

volumus et beneplaciti nostri est ac vobis magnatibus et proceribus et unicuique vestrum tenore presentium de certa nostra scientia et ex nostra Regali et dominica potestate precipimus et expresse mandamus sub obtentu nostre gravissime indignationis et gratie ac ligii homagii quo nobis et dicto filio nostro astringimini et tenemini, vos predictos prelatos Requirimus et Rogamus quatenus dicto domino ludovico tertio Calabrie et Andegavie duci etc: filio nostro carissimo in casu quo dictus Rex Aragonum contra dictum ducatum Calabrie quomodocumque et qualitercumque guerram moveret vel faceret per se vel alios eius nomine assistere favere parere et hobedire realiter et cum affectu ac cum toto vestro statu vestris gentibus atque potentia auxiliis consiliis presidiis et favoribus oportunis studeatis atque debeatis infallibiliter et omnino tam pro statu nostro quam conservatione status dicti ducis filii nostri atque vestro. Nam nobis de hoc gratissime et amanptissime obsequimini et servietis. Et meritum reportabitis a nobis et dicto domino duce filio nostro. Presentes etc: Quas etc: Ritu etc: Datum in castro nostro Capuano Neapolis per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini MCCCCXXXiij die XVj° mensis iunii Xj° indictionis Regnorum nostrorum anno XViiij°.

De mandato Reginali oretenus ac cum deliberatione consilii. — A. de theano.

LXXII.

Anno 1433. 7 Luglio. 11ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II nomina i suoi procuratori speciali per conchiudere e firmare la tregua di 10 anni tra lei ed Alfonso re di Aragona.

Registro 1423. n. 377. fol. 418 t.

Johanna Secunda Regina etc. Universis et singulis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem quod noviter inter magnificos viros Georgium de alamania pulcini comitem etc. Marinum Boffam Argencii et Bovini etc. Johannem cicinellum de neapoli Regalis camere summarie presidentem etc. omnes siquidem milites commissarios nostros ex una parte. Et viros magnificos Jacobum peregrini de valentia legum doctorem vicecancellarium etc. et Johannem de caltagirono etc. milites procuratores ambaxiatores et nuncios speciales serenissimi et Illustrissimi principis domini Alfonsi eadem gratia Regis Aragonum etc. ex altera facta conclusa et firmata est treuga generalis duratura annis decem incipiendo a presentis mensis iulii sexto die presentis anni undecime Indictionis in antea cum certis pactis conventionibus conditionibus et capitulis secundum quod per ipsa pacta et capitula hinc inde per dictos nostros et Regios commissarios conclusa subscripta et sigillata sub data in hoc Reginali nostro castro capuano neapolis sub anno domini millesimo quatringentesimo tricesimo tertio die quinto eiusdem presentis mensis iulii undecime Indictionis plene continetur et constat. Quam quidem treugam inviolabiliter observare observarique facere volentes cupientes et intendentes eam una cum predictis pactis conventionibus conditionibus et capitulis omniaque et singula contenta in eis cuius et quorum tenorem haberi volumus presentibus pro sufficienter expresso ac de verbo ad verbum inserto et particulariter annotato, ratam gratam et firmam ac rata grata et firma habentes eam et ea pro illius et illorum validiori robore habundatiorique cautela que in cunctis

prodesse et non officere consuevit tenore presentium de certa nostra scientia confirmamus ratificamus acceptamus et approbamus ac nostre potestatis et auctoritatis presidio communimus, illamque et illa inviolabiliter observare observarique facere et mandare sub verbo et fide regalibus ac pure simpliciter et bona fide promictimus et firmiter pollicemur. Requirentes propterea et hortantes Ecclesiarum prelatos magnatibus vero proceribus comitibus baronibus feudatariis officialibus stipendiariis subditis et fidelibus nostris quibuscumque cuiuscumque status gradus ordinis dignitatis iurisdictionis officii preheminentie et conditionis existant ubilibet in toto Regno nostro sicilie et extra ac in mari et in terra constitutis presentibus et futuris et collateralibus consiliariis familiaribus et fidelibus nostris dilectis, mandantes expresse quatenus prefatam treugam inviolabiliter et effectualiter debeant observare, observarique facere et mandare. Et contrarium non faciant sicut habent gratiam nostram caram et indignationem cupiunt evitare. In cuius etc. Quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro Capuano Neapoli per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini MCCCCXXXIII die VII eiusdem mensis iulii XI Indictionis Regnorun nostrorum anno XVIIII.

De mandato Reginali oretenus facto — Angelillus.

LXXIII.

Anno 1433. 23 Luglio. 5ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II restituisce a Raimondo Orsino, Maestro Giustiziero del Regno, tutti i beni e gli Stati che re Ladislao avea confiscati a suo padre Pietro, e ciò in premio di averla difesa in Castel Capuano contro re Alfonso e di averla condotta in sicurtà nel proprio castello di Nola.

Registro 1423. n. 377. fol. 377 t.

Johanna secunda Regina etc. Universis et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris. Si obsequiorum prestatio ad gratias conferendas principem obligat quanto magis decet regalem excellentiam que minus legitima derogatione iurium sibi fideliter obsequentium gesta esse compererit tali argumento disponere quod deprimat veritas reiecto omni colore nubileo et per declarationis oportunum suffragium ipsorum iura illesa servare et gesta simulare vel minus legitime revocare. Sane quanta cum sinceritate et constantia animi. Vir magnificus Raymundus de Ursinis nolanus et palatinus ac Sarni comes Magister iustitiarius Regni nostri Sicilie collateralis consiliarius et fidelis noster dilectus filius et heres condam viri magnifici petri de Ursinis nolani et palatini comitis etc. Integram et inviolabilem devotionem et fidem erga maiestatem nostram ostendit in nostra periculosa necessitate cunctis notorium esse non ambigimus , qui Raymundus videns pravitatem et malivolum animum erga maiestatem nostram et nostrum statum et civitatem nostram neapolis ostensam et ostensum per Regem aragonum emulum nostrum conantem pro posse nos et personam nostram tunc existentem in castro nostro capuano neapolis cum eodem castro capere et de nobis disponere pro sue effrenate voluntatis arbitrio proprius civitatem nostram neapolis cum eius supervenientis classis navium et galearum sue armate potentia occupata in predamque posita et parte igne accensa, a cuius manibus cupientes evadere discessimus ab eodem castro capnano potentiam dicti Regis non expavens nobis liberaliter obtulit

et dedit in manibus nostris pro salute dicte nostre persone a tam eminenti periculo persecutionis nobis facte per eundem Regem civitatem Nole cum fortellitio seu castro ipsius ad quam associate per magnificum et strenuum armorum capitaneum sfortie de Actendolis comitem Cutugnyole etc. et eius gentes armigeras nos personaliter contulimus, ibque certo tempore tute permansimus et occasione predicta recuperavimus statum nostrum. Cumque certe simus quod si ad manus predicti Regis pervenissemus a Regni culmine eiecte et demum passe fuissemus perniciem sive mortem. Ex his et aliis servitiis per eundem Comitem nobis prestitis et impensis tam laboriose fructuose et utiliter in oportuno quidem tempore in quo robur virtutis ostenditur nullis sue persone parcens evidentibus periculis sumptibus laboribus et expensis queve prestat ad presens, et ipsum non ambigimus de bono in melius prestiturum cum ferventiori constantia et commendabiliori preconio sue fame dum servitia ipsa concernentia honorem et statum nostrum et Rey puplice regni nostri in nostri pectoris pensamus archano merito inducimur et gratitudinis debito nos impellente movemur ut eidem Raymundo Comiti dum circa recuperationem bonorum ipsius seu que ad eum rationabiliter pertinent sive spectant sed ut sibi nos reddamus liberales ad gratias eiusque compensemus obsequia digna muneribus et ipsum quo altius nobis possit in omni tempestate obsequi condigne retributionis Impendiis favoremus, nec minus recensemus quod clare memorie dominus Rex Ladizlaus frater noster reverendus olim dum ageret in humanis et minus legitime concepisset odium erga dictum quondam petrum de ursinis nolanum et palatinum comitem dum vixit iniusteque ex causa dicti concepti odii obsidionem posuisset contra eundem petrum comitem et eius civitatem Nole et alia sua loca et castra et signanter terram seu castrum octayani cum castro seu fortellitio hominibus et vassallis iuribus et pertinentiis suis omnibus non tamen animo perdendi dominium nec etiam civilem possessionem dictarum terrarum et castrorum prout nobis constitit et constat indubie de quibus quidem terris et castris et signanter dicta terra seu castro octayani idem dictus quondam dominus Rex frater etc. venditionem fecit quondam viro magnifico Gurello Aurilie tunc logothete et protonotario huius Regni scienti dictas terras et signanter ipsam terram et castrum Octayani fuisse et tunc esse eiusdem quondam comitis petri et ad eum et suos heredes de iure spectare et legitime pertinere, qui quidem quondam dominus Rex frater noster dictas terras et castra et signanter dictam terram octayani eidem Gurello pro se et suis heredibus vendidit tanquam rem suam propriam pro certo pretio eis soluto seu confessato quod solutum sibi fuisset. Et voluit dictus dominus Rex quod dictus Gurellus emptor et sui heredes et successores gauderent privilegio legis bene a Zenone et legis omnis et quod emptor ipse et sui heredes et successores non possent pro dicta terra cum castro seu fortellitio hominibus vassallis iuribus et pertinentiis tam super petitorio quam possessorio vel aliter quovismodo citari evocari conveniri ad iudicium trahi cogi compelli turbari impeti vel molestari ac permisit idem dominus Rex frater noster omnibus pretendentibus vel quomodocumque allegantibus ius habere super dicta terra et castro octayani viam agendi et iudicium intentandi contra eundem Gurellum et dictos suos heredes et successores nisi contra fiscum ipsius domini Regis fratris nostri infra quatriennium et non ultra ipsis pretendentibus ius vel actionem habere in et super dicta terra et eius castro seu fortellitio perpetuum silentium imponendo ac abdicando omnem iurisdictionem quibuscunque officialibus Regni procedendi contra eundem Gurellum et heredes et successores suos predictos qui sunt ad cognitionem super dicta terra octayani eiusque castro iuribus et pertinentiis suis et de dicta venditione confectum fuit puplicum instrumentum cum obligationibus renunciationibus et clausulis aliis oportunis cuius quidem instrumenti tenorem presentibus haberi volumus de scientia certa nostra et proprio motu ac dominica potestate pro sufficienter expresso ac expressis et declaratis. Demum vero dictus quondam dominus

Rex frater noster voluit quod dictus quondam petrus Comes de dicta terra octayani cum castro iuribus et pertinentiis suis predictis prefato Gurello venditionem faceret pro certo pretio quod confiteretur recepisse seu saltem quod dictum pretium fictitie seu simulato modo in testimonio puplico reciperet presentialiter et manualiter et tamen re vera pecunia dicti petri non remansit penes eum nec habuit aliquid ipse Comes pro pretio terre prefate sed dictus Comes petrus ductus timore dicti Regis ne vitam perderet fecit venditionem predictam solemniter eidem quondam Gurello seu alteri pro parte sua et promisit non venire contra dictam venditionem et contenta in instromento dicte venditionis et prompte obligavit se heredes et bona sua omnia ad certam penam renunciavit certis exceptionibus et iuravit prout hec et alia in quodam instrumento puplico dicitur seriosius contineri cuius instrumenti tenorem et clausulas ac renunciationes appositas in eo similiter hic haberi volumus ut etiam pro sufficientis . . . . . . venditionis similiter fuerunt per litteras suas ratificate et confirmate prout in litteris ipsis hec et alia dicitur plenius et seriosius contineri. Et quia dictus quondam dominus Rex frater noster vendidit dictam terram octayani cum castro seu fortellitio iuribus et pertinentiis suis omnibus predictis prefato quondam Gurello dominium ipsius terre seu castri ipsi Gurello heredibus et successoribus suis acquisitum non fuit pro eo quod dictus quondam dominus Rex dictam venditionem fecit de re aliena scienter ipseque Gurellus emit prout rem alienam et licet instrumentum dicte emptionis contineat quod dictus quondam dominus Rex frater noster terram ipsam tanquam rem propriam vendiderit tamen rey veritas aliter se habet quam fuerit in ipso instromento contentum. Propter quod dominium ipsius terre seu castri ipsi Gurello acquiri non potuit non obstantibus favorabilibus clausulis appositis in instrumento prefato dictusque quondam comes petrus venditionem dicte terre prefato Gurello pro se et suis heredibus et successoribus vel alteri pro parte sua fecit simulate contra essentiam veritatis et sue intentionis nec non per vim et metum dicti Regis qui metus cadebat et cadere poterat in quemcumque constantem virum. Et propterea dictum instrumentum factum per dictum comitem petrum eidem Gurello seu alteri pro parte sua fuit et erat nullum seu saltem de iure annullandum seu alias declarandum nullum et simulatum neque per ipsum instrumentum potuit nec potest dici dominium translatum in dictum quondam Gurellum nec etiam civilis possessio que attenta violencia supradicta remansit penes ipsum quondam petrum et ipsam attentis qualitatibus supradictis nullo modo amiserit et antequam dictus quondam petrus comes auctoritate iudiciaria seu propria tanquam expulsus possessione civili nondum ammissa recuperaret dictam terram seu castrum octayani sicut domino placuit viam universe carnis ingressus extitit superstite sibi dicto Raymundo filio et herede suo succedente et succedere petente atque volente et debente sibi in omnibus bonis suis et specialiter in iure consequendi recuperandi et habendi dictam terram octayani cum castro seu fortellitio hominibus vassallis iuribus et pertinentiis suis omnibus predictis ab heredibus et successoribus dicti quondam Gurelli seu a quocunque possessore alio. Ipseque Raymundus post mortem dicti quondam petri patris sui facilitatem non habuit recuperandi terram et castrum predictum nisi de presenti anno quo tempore Raymundus ipse a manibus marini de Ragonissa illiciti detentoris dicte terre et castri recuperavit terram et castrum predictum et corporalem possessionem quam fuit adeptus consolidavit cum illa quam animo retinebat licet marinus ipse titulum habere supra . . . . ab heredibus dicti condam Gurelli seu heredibus heredum cum nostre maiestatis assensu per quem titulum ius dicti Raymundi tam in proprietate quam possessione in nullo censeretur lesum. Et quia predicta notoria sunt et nos de illis plenariam informationem et satis claram compertam habuimus et habemus et plus valere debet veritas quam quod simulate concipitur veritas quoque simulationi prevalere debet et ubi princeps veritatis scientiam habet et debet veritatem ipsam sequi et secundum veritatem causas preter-

misso iuris ordine terminare hecque nobis cognitionaliter constiterant. Ex his itaque et aliis iustis et rationabilibus causis digne moventibus mentem nostram volentes eidem Raymundo comiti circa recuperationem dicte terre et castri octayani pretermissis litigiorum anfractibus de oportuno et salubri remedio providere tenore presentium de certa nostra scientia motuque proprio et potestate dominica declaramus et decernimus ac volumus et iubemus in hac parte taliter disponendo tam dictam venditionem factam per dictum quondam dominum, Regem fratrem nostrum prefato Gurello pro se et suis heredibus et successoribus de terra octayani predicta cum castro seu fortellitio hominibus vassallis et iuribus et pertinentiis suis omnibus predictis tanquam factam scienter de re aliena inter dictos venditorem et emptorem prout superius est expressum quam etiam venditionem eiusdem terre octayani factam eidem ut predicitur per prefatum quondam petrum comitem eidem Gurello seu alteri pro parte sua tanquam factam simulate et fictitie ac per vim ut predicitur et metum et contra conscientiam veritatis ac venditionem eidem successive, ut ponitur dicto marino et instrumenta ac litterás quascunque exinde confecta et confectas quantumcunque favorabilibus clausulis vallata et vallatas fuissent et essent non valere nullamque obtinere in iudicio sive extra firmitatem efficaciam sive robur ipsaque instrumenta et litteras ipsas et contenta quomolibet in eisdem de dictis certa nostra scientia motuque proprio et potestate dominica revocamus irritamus et etiam annullamus. Itaque de cetero nullam fidem faciant nec probationes inducant in iudicio sine extra vel aliter quovis modo, dictamque terram octayani cum castro seu fortellitio hominibus vassallis iuribus et pertinentiis suis predictis spectare et pertinere de iure ad dictum Raymundum comitem tanquam filium et heredem prefati quondam petri comitis ratione utilis dominii. Quibuscunque legibus iuribus constitutionibus ritibus observantiis litteris privilegiis cedulis et rescriptis sub quacunque forma et expressione verborum ac dictis instrumentis et clausulis adiectis in eis ac aliis in contrarium facientibus et disponentibus non obstantibus quoquomodo quibus de dicta scientia certa nostra motu et potestate iam dictis derogari volumus per presentes declarantes etiam et decernentes expresse de certa nostra scientia et potestate predictis prefatum Raymundum iuste et rationabiliter recuperasse possessionem terre et castri predicti ipsamque possessionis recuperationem de manibus et potestate dicti illiciti detentoris iure permictente fecisse actento presertim quod nec dictus quondam petrus eius pater nec ipse Raymundus expulsi ut supra a possessione dicte terre et castri octayani facilitatem habuerunt possessionem ipsam temporibus preteritis recuperandi nisi dictus Raymundus de presenti anno prout superius est expressum nec possit de iure dicto Raymundo vitium aliquod violentie vel destitutionis impingi. Dantes et concedentes earundem tenore presentium de dicta certa nostra scientia motu et potestate iam dictis eidem Raymundo comiti liberam licentiam auctoritatem facultatem et omnimodam potestatem prefatam terram octayani cum castro seu fortellitio hominibus vassallis iuribus et pertinentiis suis predictis libere et sine molestia obstaculo et contradictione quibuscunque retinendi habendi et possidendi. Itaque contra eum non posset agi vigore venditionum predictarum ut predicitur factarum ac beneficio legis bene a Zenone et aliis beneficiis in prefatis instrumentis appositis et expressatis. Imponentes propterea heredibus et successoribus dicti quondam Gurelli et aliis habentibus causam ab eis et signanter dicto Marino ac aliis quibuscunque de dicta nostra scientia motu et potestate dominica per presentes perpetuum silentium super iure agendi vigore dictorum instrumentorum. Itaque non possint uti instrumentis ipsis contra dictum Raymundum nec agere et se defendere vigore dictorum instrumentorum et litterarum quarumlibet ac clausularum quarumcunque nec eis appositarum et adiectarum et per nos ut premictitur irritatarum et totaliter annullatarum et annullatorum ut superius est expressum nec etiam agere quomodolibet iudicio possessorio et specialiter ratione adeptionis

seu recuperationis possessionis dicte terre et castri octayani noviter facte per ipsum Raymundum de manibus et potestate dicti Marini quanquam per se et sua auctoritate armata et militari manu fecerit cum illam de dicta scientia certa nostra decernamus eundem Raymundum potuisse de iure facere actentis causis iustis et rationabilibus supradictis nostre maiestati manifeste notis quarum vigore Raymundus ipse non prout destitutor aut violentus possessor dici vel appellari nec iudicio quolibet possessorio conveniri. Ecce namque tenore presentium de dicta scientia certa nostra et proprio nostro motu ac dominica potestate damus expressius in mandatis omnibus et singulis officialibus nostris eorumque locatenentibus presentibus et futuris ac omnibus aliis iudicibus ordinariis et delegatis ac delegandis quatenus forma presentium diligenter inspecta ad unguem illam observent et faciant ab aliis observari sicut gratiam nostram caram habent et indignationem nostram cupiunt evitare. Volentesque nichilominus et iubentes ac declarantes de dicta scientia certa nostra et proprio nostro motu ac dominica potestate quod instrumenta ipsa et littere ipse non possint nec valeant produci et presentari in causa forte movenda contra dictum comitem per quemcunque super venditione dicti castri seu dicte terre octayani cum iuribus et pertinentiis suis omnibus. Itaque ex eis probatio aliqua non assumatur nec assumi possit quod si contingat aliquo tempore dicta instrumenta et dictas litteras inadvertenter vel modo aliquo produci in causa ipsa et quicunque iudex vellet eis adhibere fidem quod ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc dicti indices seu dictus index habeantur et habeatur tanquam persona privata et que in causa ipsa non sit iudex nec iudicare possit et valeat in causa ipsa abdicando propterea ex nunc ei omnem iurisdictionem lege qualibet non obstante cui derogari volumus per presentes quod sic de nostra mente procedit. Volentes etiam et decernentes expresse de eadem scientia certa nostra motuque proprio et dominica potestate quod dictus Raymundus pro dicto castro et terra octayani tam a dicto Marino quam ab aliis quibuscunque conveniri nequeat nec possit in iudicio petitorio vel possessorio. Mandantes insuper officialibus nostris quibuscunque quatenus contra dictum comitem ad petitionem dicti Marini vel alterius habentis causam ab eo occasione apprehensionis dicte terre et castri octayani nullo modo procedatur cum nostre maiestati constitit et constat evidenter quod comes ipse conveniri non possit actentis causis premissis manifeste nostre maiestati notis. Quin ymmo iurisdictionem presentium tenore de scientia motu et potestate iam dictis ipsis officialibus ex nunc in casu premisso tollimus et totaliter abdicamus. Itaque quo ad cognitionem dicte cause movende contra dictum comitem de terra et castro predictis octayani censeantur private persone et iudices incompetentes. Et ad maiorem cautelam Comitis prelibati quod prodesse solet et non obesse tenore presentium de dicta certa nostra scientia motuque proprio et potestate dominica eidem Comiti et suis utriusque sexus heredibus ex suo corpore legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris. imperpetuum dictamque terram et castrum octayani cum castro seu fortellitio hominibus vassallis vassallorumque redditibus feudis feudatariis subfeudatariis vineis iardenis ortis tenimentis territoriis terris cultis et incultis olivetis querquetis domibus furnis casalenis villis seu casalibus montibus planis pascuis herbagiis nemoribus aquis aquarumque decursibus molendinis Bactinderiis fidis et diffidis venationibus piscariis iuribus iurisdictionibus rationibus et pertinentiis eius omnibus cuiuscunque vocabuli appellatione distinctis ac cum mero mixtoque imperio et gladii potestate ad dictam terram et castrum octayani spectantibus et pertinentibus quovis modo sub contingenti proinde feudali servitio seu adoha exinde curie nostre debito ad maiorem cautelam que in cunctis prodesse et non officere consuevit earundem tenore presentium de dicta scientia certa nostra specialique gratia confirmamus ratificamus acceptamus et approbamus ac nostre potestatis et auctoritatis presidio communimus. In cuius etc. Quas etc. Ritu etc. Datum in castro nostro capuano Neapoli

per manus nostri predicte Johanne Regine anno domini MCCCCXXXIII die XXIII mensis iulii XI Indictionis Regnorum nostrorum anno XVIIII.

De mandato Reginali oretenus facto,
Domina ducissa Suesse etc. et
Domino Johanne Cicinello presentibus — Angelillus.

LXXIV.

Anno 1434. 1 Luglio. 12ª Indizione — Napoli.

La regina Giovanna II in premio de' grandi servigî prestatile da Covella Ruffa Duchessa di Sessa e Contessa di Squillace di Montalto e di Alife, sua nipote, le dona molti feudi, tra quali il famoso palazzo e parco di S. Gervasio in Basilicata.

Registro 1423. n. 377. fol. 427.

Johanna Secunda Regina etc. Universis et singulis presens privilegium inspecturis tam presentibus quam futuris. Regalis excellentie dignitas eo laudum sublimatur immensius quo fidelium suorum merita dignis premiorum prosequitur incrementis est enim inter alia que per Regalem munificentiam impenduntur gratia retributionis acceptior que tanto acrius mentes fidelium in fidei soliditate corroborat quanto liberalitas Regalis gratiis premiis suorum merita recompensarit. Sane actendentes merita sincere devotionis et fidei spectabilis et magnifice mulieris Cubelle Ruffe ducisse suesse squillacii montisalti et Alifii comitisse neptis nostre carissime nec non grata grandia utilia et fructuosa et accepta meritaque digna servitia et obsequia per eam maiestati nostre in quibuscumque sortis eventibus et signanter temporibus fluctuosis. . . . . . status nostri cum status ipse evidenter in ancipiti et quasi in precipitio ac casu seu ruina esse videbatur et erat quo tamen fideles secernantur ab infidis . . . . constantes et fortes a volabilibus et secordibus annoscuntur, liberaliter et prompte ac constanter et fideliter prestita et impensa nullis sue persone parcens periculis sumptibus laboribus et expensis suum capud variis et discriminosis periculis obiectando que quanto maiora extiterunt pericula tanto constantiorem et maiorem ostendit animum circa status eius defensam ex quibus eam quavis amplissima gratia et munera maxime dignam et bene . . . . reputamus. Volentesque propterea tam premissorum intuytu quam ex certis aliis iustis et rationabilibus causis ad infrascripta digne iuste et rationabiliter . . . . mentem nostram cum eadem ducissa suesse nostre liberalitatis et gratitudinis officium exercere eidem cubelle ducisse Suesse presenti recipienti et stipulanti pro se et suis utriusque sexus heredibus ex suo corpore legitime descendentibus natis iam et in antea nascituris imperpetuum Nemus et territorium sancti Gervasii cum palatio seu domo situm in provintia Basilicate hiis finibus limitatum. videlicet prope tenimentum Ecclesie sancte marie... et territorium terre Gentiani et civitatis Archeruntie territorium civitatis venusii et terrarum forentie et Spinazole et alios si qui sunt plures et veriores confines et territorium castri Montissiriti situm in dicta provintia Basilicate hiis similiter finibus limitatum videlicet prope nemus et territorium sancte marie debarisa territorium terre Gentiani flumen blandini Territorium montis pilosii et spinazole et aliis si qui sunt plures et veriores confines cum tribus pratis erbagiis pascuis venationibus arboribus aquis aquarumque decursibus affidis et diffidis tenimentis territoriis in rebus iurisditionibus rationibus et pertinentiis eorum omnibus cuiuscunque vocabuli appellatione distintis ad

illa spectantibus et pertinentibus quovis modo apta siquidem et ydonea plurimum sicut accepimus ad faciendas massarias que fuerunt Gulielmi de Baucio et francisci de Baucio eius filii olim ducum andrie seu alterius ipsorum nostrorum notoriorum rebellium inhobedientium et infidelium sequacium et adherentium seu recommendatorum vel collegatorum et confederatorum seu fautorum et complicium Johannis Antonii de Baucio de Ursinis olim principis Tarenti nostri similiter notorii rebellis inhobedientis infidelis propter eorundem ducum seu alterius vel cuiuslibet eorum notoriam rebellionem infidelitatem et inhobedientiam ac lese nostre maiestatis crimen per eos et quemlibet seu alterum ipsorum scienter et temere commissum et commissam adherendo sequendo et favendo dicto olim Principi nostro notorio Rebelli et Inhobedienti et Infideli. Et propter plures alias iustas et rationabiles causas conscientie nostre notas ad manus nostre curie iuste et rationabiliter devoluta et confiscata tanquam rem nostram propriam cum beneficio legis omnes et legis bene a Zenone ex predictis et aliis iustis et rationabilibus causis nos digne moventibus tenore presentis nostri privilegii de certa nostra scientia liberalitate mera propriique nostri motus instinctu ac plenitudine nostre dominice potestatis damus tradimus concedimus et donamus ad hoc ut ipsa ducissa possit et valeat massarias animalium diversorum generum et specierum tam pro se quam pro nostra curia habiliter et faciliter facere sicut deliberavimus et ordinavimus cum eadem sub feudali quidem servitio seu adoha exinde debita et contingenti videlicet unius ensis muniti ad usum militis valoris uncie unius de carolenis ponderis generalis ad quem ipsum feudale servitium seu adoha eiusdem privilegii nostri tenore de certa nostra scientia motuque proprio et plenitudine nostre dominice potestatis reducimus reliquo pluri eiusdem feudalis servitii exinde debito eidem ducisse et prefatis eius heredibus propter ipsius predicta ampla et magna obsequia per nos gratiose remisso iuxta usum et consuetudinem dicti Regni nostri sicilie et generalis et humane Regie sancionis edictum de feudorum successionibus in favorem comitum et baronum omnium dicti Regni a tempore silicet felicis adventus clare memorie domini ducis Caroli primi Jerusalem et Sicilie Regis in ipsum comitatus baronias et feuda ex perpetua collatione tenentium factum dudum per inclite recordationis dominum regem Carolum Secundum et in parlamento celebrato neapoli publice divulgato ita quidem quod dicta ducissa et prefati eius heredes Nemus et territoria supradicta cum omnibus eorum iuribus prelibatis in feudum, et sub predistinto contingenti feudali servitio seu adoha a nobis et nostra curia immediate et in capite teneant et possideant, nullumque alium preter nos nostrosque heredes et successores in dicto regno superiorem dominum exinde recognoscant servireque nobis dictisque nostris heredibus et successoribus propterea teneantur de feudali servitio supradicto quotiens silicet feudale servitium in regno. comitibus Baronibus et aliis dicti regni feudatariis generaliter inducent iuxta eiusdem regni consuetudinem adque usum. Quod servitium dicta ducissa in nostra presentia constituta pro se et dictis eius heredibus facere et prestare nobis et prefatis nostris heredibus et successoribus suis vicibus sponte obtulit et promisit investientes proinde prefata ducissa de presenti nostra donatione et concessione et gratia per nostrum anolum presentialiter ut est moris. Quam investituram vim robur et efficaciam vere donationis et realis tradditionis prefatorum nemoris et territoriorum cum predictis omnibus eorum iuribus volumus et decernimus obtinere. A qua quidem ducissa pro se et prefatis eius heredibus et successoribus exinde ligium homagium et fidelitatis debite ad sancta dei evangelia in nostris manibus iuramentum recepimus, clausulis conditionibus reservationibus et retentionibus omnibus et singulis ac modo et forma qui et que in privilegiis donationum catholicorum principum dominorum regni predecessorum et nostris consueverunt exprimi et apponi in presenti nostro privilegio intellectis et habitis pro expensis ac si forent in eo distinte et particulariter annotati salvis nichilominus omnibus et singulis que

nobis et nostre curie iuxta usum et consuetudinem dicti Regni debentur maioris dominii et ratione salvis insuper consuetudinibus usibus Regni predicti. Cassantes irritantes et penitus annullantes ex causis premissis eiusdem presentis privilegii nostri tenore, ac de dicta certa nostra scientia plenitudine nostre dominice potestatis omnes et singulas concessiones alienationes venditiones donationes confirmationes licteras privilegia de prefatis bonis quibuscunque hominibus et personis quantumvis benemeritis atque dignis. Quibuscunque status gradus ordinis dignitatis preheminentie et conditionis existant, et pro quibusvis considerationibus atque causis utilibus et necessariis, etiam pro utilitate reipublice et pro statu nostro, tam per illustres dominos Reges predecessores nostros quam nostra celsitudine factas et facta ac omnia et singula presentibus forte contraria ac repugnantia quomodolibet in adversum etiam si alicui tam quo ad possessionis dominium quam quo ad rem vel in re esset quomodolibet ius quesitum. Volentes insuper et decernentes expresse quod dicta ducissa et prefati eius heredes fruantur et gaudeant in premissis illis privilegiis favoribus et prerogativis que consecuntur et habent illi qui bona dono consecuntur a principe tanquam bona propria curie sive fisci et que sunt in iure et constitutionibus ac capitulis Regni constricta pariter et concessa. Supplentes amplius eiusdem presentis nostri privilegii serie de scientia certa nostra et plenitudine nostre dominice potestatis proprio nostro motu omnem et quemcunque iuris et facti defectum forsitan commissum et cuiuslibet sollemnitatis et substantialitatis forsitan obmisse qui et que in premissis et circa premissa possent opponi obici vel pretendi de suttilitate iuris ritu consuetudine observantia vel aliter quovis modo. Quem quidem defectum hic haberi volumus pro expresso pariter et suppleto, etiamsi de sui natura vel cause exigentia esset hic necessario exprimendus. Ita quidem premissa omnia et singula semper et omni futuro tempore perpetuo robore vigeant et plene qualibet stabilitate subsistant presensque nostra donatio cum omnibus et singulis que in se continet vim legis obtineat et pro lege servetur nostrum super hiis omnibus et singulis interponendo decretum, legibus iuribus constitutionibus edictis statutis veteris privilegiis cedulis rescriptis usibus consuetudinibus ritibus observantiis factis et faciendis in quibusvis aliis facientibus in adversum quibus omnibus et singulis in quantum presentibus adversantur, eiusdem privilegii nostri serie de dicta certa nostra scientia et dominica potestate totaliter derogamus et derogatum esse volumus et decernimus non obstantibus quoquomodo fidelitate tamen nostra dicto quoque feudali servitio exinde debito et nostris aliis iuribus semper salvis, volumus insuper et eiusdem presentis nostri privilegii (*tenore*) declaramus quod prefata ducissa seu prefati eius heredes procurent cum solertia debita et instanti infra annum unum a die adeptionis corporalis possessionis dictorum nemoris et territoriorum in antea numerandum presens nostrum privilegium in quaternionibus nostre camere penes thesaurarios nostros transcribi et annotari facere ut quo feudale servitium comitibus Baronibus et aliis feudatariis dicti Regni per nostram curiam generaliter indicetur contingant eamdem ducissam et prefatos eius heredes tanquam novos dominos et possessores dictorum nemoris et territoriorum ac eorum iurium predictorum prefatique feudalis servitii debitores in quaternionibus ipsis manualiter et habiliter reperiri. Alioquin presens nostra concessio et gratia nullius roboris censeantur. In cuius rei testimonium presens privilegium exinde fieri et magno pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Quod ex certis causis nos moventibus dedimus et subscripsimus propria manu nostra ritu ordinatione et asservatione nostre curie quibuscunque contrariis et quibusvis aliis facientibus in adversum nullatenus obstituris. Actum in castro nostro capuano neapolis presentibus ibidem.

Datum vero per manus nostri predicte Johanne Regine. Anno domini Millesimo CCCCXXXIIII die primo mensis Julii XII Indictionis. Regnorum nostrorum anno vicesimo

De mandato Reginali oretenus facto — Angelillus miles.

INDICI

INDICE DEI SOMMARII

INDICE DEI NOMI

DELLE PERSONE NOMINATE IN QUESTO VOLUME

INDICE DEI COGNOMI

INDICE

de' Sovrani, Pontefici, Principi ed altri illustri personaggi

notati in questo volume.

INDICE TOPOGRAFICO

di Regni, Province, Città, Terre, Castelli, Luoghi ecc.

nominati in questo volume.

INDICE DELLE COSE NOTABILI